

**Heptaplvs Iohannis Pici Mirandvle de septiformi sex diervm geneseos
enarratione ad Lavrentivm Medicem / [Giovanni Pico della Mirandola].**

Contributors

Pico della Mirandola, Giovanni, 1463-1494.
Salviatus, Robertus.

Publication/Creation

[Florentiae] : [Bartol. di Libri], [1490?]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/evywqcpv>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



Case 4. d. 16.

P. 112

1
flo
e
87

complett
58 nimm. 322.
(das letzte weisst)

Barth. de Libris

Florentiae (c. 1490-
1500)

Hain 13001

Proctor 6284


3 Bände, 1. Teil


Wien 1787 5. 1787 (3 Bände)

Picus

PICUS, JOHANNES, COMES MIRANDULAE, Heptapulus de septiformi sex dierum
genesis enarratione. S. l. a. et typ. n. (Florentiae, Bartholomaeus de Libris, ca.
1487). Fol. rom. char. c. sign. 28—29 ll. 58 ff. n. n. Breitrandiges Exemplar, stellen-
weise gering fleckig und wurmstichig, alte Randbemerkungen, kleiner Stempel auf
Bl. 2. Alter Halblederbd. mit Buntpapierüberzug (Rücken gering beschädigt).
(Firenze ca. 1487)

Hain-Copinger 13 001; Proctor 6284, Type 2. Kein Exemplar in den Berliner
Bibliotheken. EDITIO PRINCEPS. Das Werk ist auch medizinisch interessant: Expo-
sitis IV: De mundo humano i. e. de hominis natura.





Robertus Saluatus I. antequam Medicus Sal.
 Cum eo patus ingreditur Clarissime atque na-
 tura sua iustitiam: ut nihil mihi sit prius q. illos amare
 colere & uenerari: qui uel ingenio excellentes uel doctri-
 na sunt singulares. Non potui Picum tuum Mirandulam
 non amare p. omnes & admirari tuum profectio om-
 ni admiratione dignissimum. Is cum nuper tibi librum de
 rectorum sex diebus p. actos enarratione primarias su-
 dorum suorum dicantur opus non meo modo sed om-
 nium iudicio excellensimum: dare operaguelui ut mea
 impensa emendata impetitione publicaretur: nihil dubi-
 tans simul me & meo in illius amore & publico studio
 rum utilitati satisfacturum. Accessit q. non ingratam me
 tibi rem facturum speravi si que tibi ille philica & diuina
 mysteria communicant per me deniq. omnes fierent
 communia. Vale.

Robertus Saluiatus Laurentio Medici Sal.

Cum eo natus ingenio Laurenti Clarissime atq; ita natura sim institutus ; ut nihil mihi sit prius q̃ illos amare colere & uenerari: qui uel ingenio excellentes uel doctrina sint singulares. Non potui Picum tuum Mirandulam non amare prę omnibus & admirari uirum profecto omni admiratione dignissimum. Is cum nuper tibi librum de septiformi sex dieruꝝ geneseos enarratione primitias studiorum suorum dicauerit opus non meo modo sed omnium iudicio excellentissimum: dare operaꝝ uolui ut mea impensa emendata impressione publicaretur: Nihil dubitans simul me & meo in illum amorē & publicę studioꝝ rum utilitati satisfacturum. Accessit q̃ non ingratam me tibi rem facturum speraui si quę tibi ille phisica & diuina mysteria communicauit per me deniq; omnibus fierent communia. Vale .

**CHEPTAPLVS IOHANNIS PICI MIRAN
DVLE DE SEPTIFORMI SEX DIERVM GE
NESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTI
VM MEDICEM.**

Prohemium

OVIT EMVLATIO ME STVDIO
rum tuorum Laurenti Medices ut archa-
na Moseos uolumina recensere: Cum su-
periore hyeme quantum ocii dabatur a re-
p. non alibi te magis aut libentius opera-
summere q̄ in ea lectione animaduenterem. Tum eodez
quoqz priuata ratio subinuitauit: Quoniam operi alteri
meo tuo quidem auspicio iam pridem: sed et in tuum no-
men crescenti: quo Daudicos hynnos a LXX uersos i-
terpretibus et in ecclesia iugiter personantes non modo
a suspitione omni calumniaqz asserere: sed interpreta-
menti quoqz facibus illuminare tentauit: nulla prorsus u-
tilior tractatio: nulla fructuosior q̄ eorum librorum: nul-
la rursus consentanea magis (aut ut uerius dixerim) ne-
cessaria reperitur. Accidit autem per hos dies ut in mun-
di fabrica et celebratis illis operibus sex dierum fuerim
assiduus: Quibus totius nature secreta contineri ut cre-
damus magnę se rationes offerunt. Nam ut illud obmit-
tam quod hęc omnia propheta noster deo plenus ac ce-
lesti dictante spiritu totius magistro ueritatis excepit: nō
ne eundem nobis cum nostrorum tum suorum tum gen-
tium deniqz testimonia prorsus humane sapientię doctri-
narumqz omnium et litterarum consultissimum prodidē

In Moseos genesi toti-
us nature esse mysteria

Doctissimus Moses om-
nium testimonio



Legittimus liber Sala-
monis q̄ dicitur sapiētia

Lingua hierosolyma

Lucas Philon

Egyptii

Pythagoras Plato

Empedocles

Democritus

Numenius

Hermippus

Quare rudis Moses &
popularis apparet

Institutum antiquorum
in scribendis diuinis

Mysteria

Gynnosophiste

Egyptii

Pythagoras

Aurea carmina

Philolaus

Pythagorici

Lysis Hipparchus

runt: Extat apud hebreos Salamonis illius cognomento
sapiētissimi liber cui sapientia titulus non qui nunc ī ma-
nibus est Philonis opus: sed alter hierosolyma quam uo-
cant secretiore lingua compositus in quo uir naturę rerū
sicuti putatur interpres omnem se illiusmodi disciplinam
fatetur de Mosaicę legis penetralibus accepisse. Sunt itē
quantum attinet ad nostros & Lucas & Philon auctores
grauissimi illum in uniuersa egyptiorum doctrina fuisse e-
ruditissimum. Egyptiis autē uși sunt preceptoribus gręci
omnes qui habiti diuiniore Pythagoras Plato Empedo-
cles & Democritus. Notum illud Numenii philosophi nō
aliud esse platonem q̄ atticum Mosē. Sed & Hermip-
pus pythagoricus attestatur Pythagoram de Mosaica le-
ge plurima in suam phiā transtulisse. Quod si rudis in
suis libris & popularis interim Moses potius q̄ aut philo-
sophus aut theologus aut magnę alicuius sapientię arti-
fex apparet: Reuocemus eo mentem fuisse ueterum sa-
pientum celebre institutum res diuinas ut aut plane non
scriberent aut scriberent dissimulanter. Hinc appellata
mysteria nec mysteria quę non occulta: hoc ab indis: hoc
ab ethiopibus q̄bus de nuditate cognomen: hoc ab egyp-
tiis obseruatum. Quod & Sphinges ille pro templis insi-
nuabant. Ab eis edoctus Pythagoras silentii factus ē ma-
gister nec ipse quicquam litteris mandauit preter omni-
no pauca quę Dame filie moriens commendauit. Non
enim quę circunferuntur aurea carmina Pythagorę sunt
ut uulgo etiam doct̄oribus persuasum sed philolai. Lege
deinceps eam pythagorici religiosissime tutati sunt. Eam
lysis ab hipparcho uiolatam queritur. In eam deniq̄ iura

tos Ammonii discipulos origenē Plotinum & Herenniiū
 Porphyrius est auctor. Plato noster ita inuolucris enigma
 tum fabulaz uelamine mathematicis imaginibus & sub
 obscuris recedentium sensuum inditiis sua dogmata oc
 cultauit: ut et ipse dixerit ī epistolis neīz ex his quę scrip
 serit suam sententiam de diuinis aperte intellectu et re
 minus credentibus comprobauerit. Quare si ob id Mose
 os lectionem uelut exculcatam putamus q̄ nihil habeat ī
 primori fronte non uulgarium non rude damnemus eō
 dem exemplo antiquos omnes philosophos ruditatis &
 ignorantie quos totius sapientie magistros ueneramur.
 Quin idem obseruatum in ecclesia cernimus. Iesus xpūs
 imago substantie dei euangelium non scripsit: sed predi
 cavit. predicauit autem turbis quidez in parabolis seorsūz
 autem paucis discipulis: quibus datūz erat nosse mysteria
 regni celorum: palam citraqz figuras: Neqz omnia paucis
 illis: quia non omnium capaces: & multa erant quę portā
 re non poterant donec adueniens spiritus docuit omne
 ueritatem. Discipuli domini tam pauci electi de tot milli
 bus multa ferre nō poterant. Turba omnis israelitica far
 tores coci macellarii opiliones serui ancille: quibus omni
 bus legenda lex tradebatur totius Mosaice uel diuine po
 tius sapientie ferre onus potuissent. Ille quidem in montis
 sublimitate montis utiqz illius in quo et dñs sepe discipu
 los alloquebatur diuini solis lumine collustratus tota facie
 mirum in modum splendebat: sed quia lucez ferre nō
 poterat populus oculis cecutientibus et nocturnis uelata
 facie illis uerba faciebat. Redeamus ad nostros. Scripsit
 Matheus primus euangeliū: & ut inqt propheta ascōdēs

Ammonius
 Origenes Plotinus
 Herennius Porphyrius
 Mos scribēdi Platonis

Iesus xpūs
 Euangelium

Cur uelata facie
 Moses

Iohannes

Ebionitę

Paulus

Dionysius

Inter omnes Moseos li
bros hęc esse precipuę

Hieronymus

in corde suo dei eloqa ne peccaret: ita solū quę ad christi
humanitatē attinebāt historia prosequutus est ne interci
deret obliuione memoria rerę gestarę ut propterea ī mysti
co ezechielis spectaculo p hoīez figuratū illum intelliga
mus. Iohannes qui prę oībus maxime diuinitatis secreta
reuelauit tribus pridem uulgatis euangelis & a dñi cru
ce multis exactis annis coactus loqui quę diu tacuerat ad
abolendā heresim ebionitarę quę xpm hoīez non ēt deū
asseuerabat de ęterna filii generatione: sed paucis: sed ob
scure pronūtiavit. Inde exorsus. In principio erat uerbu.
Paulus corinthiis negat solidum cibum propterea q ad
huc carnis legibus uiuant non autem spiritu: et sapientiā
loquit inter pfectos. Discipulus pauli Dionysius areopagi
ta sanctum et ratum institutum fuisse scribit ecclesiis ne
dogmata secretiora per litteras: sed uoce tantum hiis qui
rite essent initiati cōmunicarentur. Hęc pluribus sum pro
sequutus quod sunt multi qui Moseos librum ducto argu
mento derudi cortice uerborum tanquam aliquid de me
dio & trīuale contēnant & aspernētur nihilq; apud eos
minus credibile q habere illum inrecessu diuini aliquid
q quod fronte promittat. Quod si satis est confutatum
iam illud creditu facile sicubi de natura de totius opificio
mundi tractatum ab eo idest si qua in parte operis sui ue
lut agri cuiuspiam sint ab eo thesauri defossi omnis uere
philosophię. Factum in primis hoc in hac parte ubi uel
ex professo de rerum omnium emanatione a deo de gra
du: de numero: de ordine partium mundanarū altissime
philosophat. Propterea fuit decretum ueterum hebreorę
cuius etiam meminit hieronymus ne hęc mundi creatio

nez qsq̃ nismatura iaz etate attingeret. Videbor igit̃ for-
 tasse fecisse opeptiū si imoratus diutius exactiore cura &
 oposiore ut licuit p̃ nr̃az ibecillitatē studio rimatus sū itel-
 lectū Mosaicę lectiois. In cui⁹ enarratōe cū p̃ multos ela-
 borasse latinos gr̃ecosq̃ uiderē. Pręterea chaldeos et he-
 breos it̃rp̃tes ueteres nouosq̃ prope innumerabiles ne co-
 gitare qd̃ audebā nouū aliqd̃ sup̃ hac re uel scribere uel
 cōmētari Ceterū meminera cautū Mosaica lege ne quis
 aggr̃ suū penitus totūq̃ demeteret: Sed i tactā ex eo por-
 tionē paupib⁹ et egenis relinq̃ret q̃ mergites inde et ma-
 nipulos ad famē tollerādā sibi accipient. Hoc cū uenisset
 i mentē sagacibus oculis lustrare cepi latissimos prophete
 cāpos indagaturus an cū doctissimi interpretes nō min⁹
 cultores legis fuerit q̃ it̃rp̃tes iuxta legis edictū intactā
 partē aliquā reliquissent: nobis ut pote ifirmioribus deme-
 tēdā: Vnde mihi ego quoq̃ uel pauculas spicas decerpe-
 i pōnēdas aris ecclie quasi primitias frugū ne a priuilegiis
 tēpli ceu nō uerus israelita ceu pētus asymbolus elimina-
 rer. Successit ex uoto res nō q̃ possū eq̃de- q̃c̃ qd̃ illi nō
 potuerit: sed quod et illi de legis precepto noluerit idustrie
 posteriorū uia prestruere: et ea insup̃est agri uastitas ea fœ-
 cunditas ut par illi frum̃tatorū numerus nullus esse possit:
 ut q̃q̃ et infinite fere et ualentissime opere in eo se totis ui-
 ribus exercuerint: dicere tamen euangelicum illud ad-
 huc possimus: Messis multa operarii pauci. Quę igitur su-
 per hoc libro uiri sanctissimi Ambrosius et Augustinus:
 Strabus item & Beda et Remigius: et ex iunioribus Egi-
 dius et Albertus: Quę item apud gr̃ecos Philon Orige-
 nes Basilius Theodoritus Apollinarius Didymus Dyo-

Cur ausus scribere post
 tot interpretes

Cur ausus scribere post
 tot interpretes

Cur ausus scribere post
 tot interpretes

Cur ausus scribere post
 tot interpretes

Cur ausus scribere post
 tot interpretes

Cur ausus scribere post
 tot interpretes

Latini interpretes

Gręci interpretes

Nil se allaturum ex hīs
quę alii attulerunt
Caldei interpretes
Hebrei interpretes

Septē nouę expositiōes

Tres difficultates in hu
ius libri enarratione

Prima

Secunda difficultas

dorus Seuerus Eusebius Iosephus Gennadius Chrysosto
mus scripserunt intacta penitus a nobis relinquuntur:
Cum et temerarium & superfluum sit in ea se agri parte
infirmum hominem exercere ubi se pridem robustissi
me mentes exercuerunt. De his item quę uel Ioniethes
uē Anchelos uel Simeon antiquus Caldaice tradiderunt
uel ex hebreis aut ueteres Eleazarus Aba Iohannes Ne
onias Isaac Ioseph: aut Iuniores Gersonides Sadias A
braā uterq; Moses Salamon & Manaem cōscripserunt
nullā nōs ī p̄sentia mētionē habebimus. Afferemus autē p̄
ter hęc omnia septem alias expositiones nostra inuenta
et meditata: in quibus illud primum curabimus: euincere
si poterim⁹ tres difficultates cū q̄bus uidet⁹ his omnibus
q̄ enarrādū librū hūc suscepērūt magna & difficilis fuisse
colluctatio. Prima ē ne qd aut minus sufficienter aut pagē
docte & sapienter a Mose dictum uideatur. A qua se qdā
hoc pacto exoluerūt: qd idcirco neq; dixit de oībus neque
attulit grādia & sublimia q̄a rudi pp̄lo loq̄ret⁹ q̄ nō erat in
telligentiē oīūz satis idoneus. Nos credere possumus satis
factum rudibus auditoribus si lumen scientiē quod intro
spicerent sapientes crassioribus uerbis quasi cornea testa
circundatum obduxerit ne hebetiores inde oculi perstri
gerentur. Attulerit ergo lumen ut sanis oculis proforet: ī
clusum tamen et uelatum attulerit ne lippientibus office
ret. Neq; enim minus ille aut debuit aut potuit aut uoluit
iuuare doctos q̄ indoctos. Secunda est difficultas ut te
nor idem sit interpretamenti sibi consentiens ex se aptus
& uno quasi ductu tota series a quo primitus sensu p̄fici
scitur in eundem illum quasi memor propositi referatur.
Nec si fortasse hic de ideis loquentem introducamus p̄

xima clausula de elementis agere uel de homine illum uelimus. Arbitrarium hoc & uiolentum genus expositionis. Quod euitare tamen in huius libri enarratione impossibile multis ne dicam difficile operosum profecto omnibus uisum est. Tanta est perplexitas: tanta ambiguitas: tanta uarietas uniuersę lectionis. Vide quanti laboris q̄ non factu sit facile id quod animo nos concepimus (utinam consequamur) ut non uno duntaxat sed septemplici sensu a capite semper nouum opus exorsi perpetuę & ipromissuę expositionis ordine totam hanc mundi creationem: nihil usi priorum opibus interpretemur. Tertia difficultas in hoc uersatur ne extraneum aliquid uel prodigiosum uel alienum a rerum natura quę nunc conspicitur & a ueritate quam a philosophis melioribus compertam nostri etiam receperunt asserentem prophetam Immo p̄ prophetam diuinum spiritum faciamus. Cur autem septem a nobis allatę expositiones: qua rōe susceptę: quod nostrę consilium: & quę necessitas nos ad eas impulerit: Quid omnino sit nouum hoc quod afferre molimur sequenti capite palam faciemus. In quo illius q̄ de hac materia. i. de mundi creatione absolutissime: ad nature ipsius emulationem sit scripturus ideam pingentes conabimur tum in sequentibus re comprobare: prophetam nostrum ab illa nihil quasi ab archetypo decidisse: Sed assequutus omnibus numeris ita ut nihil aliud pro tali idea q̄ ipsemet pponendum sit omnibus et magnitudinem eius admirari omnes facilius q̄ estimare pro dignitate possimus. Debentur autem tibi hęc nostra qualiacunq; sint adhuc rudimenta nostrę iuuentutis Lauręti uir clarissime ul̄ q̄ sūt mea

Quaz difficile factu qđ
aggreditur

Tertia difficultas

Quę ratio susceptę
comentationis

Mosem ideam esse
recte scribendi de natura

qui tibi me ipsum iam pridem dedidi et uoui uel quia hoc
ipsum tu nobis in quo sunt nata fesulani secessus ocium
parasti. Quod interuentu etiam crebro uel assiduitate po-
tius Angeli Politiani familiaris tui conditur : cuius amē-
num et fertile ingenium q̄ antea flores litterarum uarios
extulerat tam nunc ut arbitror solidam philosophiē ma-
turamq; adeo frugem pollicetur. Accedit q̄ consuetum
est cum his quos amamus uel colimus festum aliquid aut
letum euenit non solum uerbis congratulari s; aliquo eti-
am munere fauere ut sic dixerim illorum fœlicitati et te-
statam apud eos facere letitiam animi nostri. Oportune
igitur nostra hæc lucubratio ad te uenit quo tempore Io-
hannes filius ea etate qua nemo antea summo christiano-
rum ordinum collegio a Pontifice sūmo Innocentio viii.
destinatus est: et indole ipsius quę de se bona omnia pro-
mittit et tuis meritis tuaq; auctoritate id sibi iure et meri-
to postulantibus. Reliquū ut optemus dignum se ille exhi-
beat hac dignitate. Quod fecerit siquem et patrem et di-
gnitatis auctorem habuit eundem uitę exemplar idest pru-
dentię totiusq; uirtutis habuerit. **Vale.**

q̄m fuit Leo X.
papa dñy

¶ CALIVD PROHEMIVM TOTIVS OPERIS.

TRES Mundos figurat antiquitas: Supremum omnium ultramundanum quem theologi angelicum philosophi autem intellectualem uocant: quem a nemine satis pro dignitate decantatum Plato inquit in phedro. Proximum huic celestem: postremum omnium sublunarem hunc quem nos incolimus. Hic tenebrarum mundus: ille autem lucis: celum ex luce & tenebris temperat. Hic per aquas notat fluxa instabilesque substantia: ille per ignem lucis candorem et loci sublimitatem: celum natura media idcirco ab hebreis asciamaiz quafi ex es & maim .i. ex igne et aqua quam diximus compositum nuncupatur. Hic uitae & mortis uicissitudo: illic uita perpetua et stabilis operatio: in celo uitae stabilitas operationumque locorumque uicissitudo. Hic ex caduca corporum substantia: ille ex diuinae mentis natura: celum ex corpore: sed in corrupto ex mente sed mancipata corpori constituitur. Mouetur tertius a secundo: secundus a primo regitur: & sunt praeterea inter eos differentiae plurimae quas hic enarrare non est consilium ubi haec preterfluumus potius quam inundamus. Hoc non pretermiserim figuratos hos mundos tres a Mose euidentissime in admirabilis illius tabernaculi sui constructione. Partitus est enim tabernaculum in partes tres: quarum singula singulos quos diximus mundos representare expressius nullo modo possent. & .n. prima pars nullo defensa tecto uel umbraculo iberibus niui solibus calori frigori que obuia erat et opportuna: et quod est nostri .i. sublunaris mundi euidentius simulachrum inhabitabat eam non modo homines mundi & imundi sacri et prophani: sed & omnesque generis animalia

Trium mundorum gradus & differentia

Mundus angelicus
Celestis
Sublunaris

Cur celum ab hebreis asciamaim dictum

In tabernaculo Moseos tres mundos figuratos

Trinitas
mundus angelicus

Mundus angelicus
Caelus
Supermundus

Cur celum ab hebreis
septem mundis

In tabernaculo
Quid ueli scissio in Chri
sti morte significet

Quelz mundu i quolz esse

eratq; i ea uel ob sacrificia iugesq; imolationes uite et mor
tis perpetua uicissitudo. Reliq; due partes ambe obtecte &
undique ab omni peregrina iniuria libere que ad modum &
uterq; mundus tam celestis q; supercelestis: nec iniurie ca
pax nec contumelię. Ambe item sanctitatis nomine ho
nestate ita tamen ut que erat secretior sancti sanctorum:
reliqua sancti tantum titulo decoraretur sicuti quauis et
celestis et angelicus mundus uterq; sanctus: quoniam su
pra lunam post luciferi casum nec macula nec peccatum
aut e aut esse potest: angelicus tñ celesti loqe factior et di
uinior habetur. Sed quid remotiores has similitudines p
sequimur? Nam si postrema pars tabernaculi erat homi
nibus & brutis comunis: secundā: que tota auri splendo
re fulgebat candelabrum illuminabat septem lucernis di
stinctum que ut dicunt omnes interpretes latini graci &
hebrei septem planetas significant: In parte tertia omni
um sacratissima: alata cherubin erant non ne nostris tres
mundos oculis subiciunt: et hunc quem & bruta & homi
nes incolunt & celestem in quo planetę corruscant & su
percelestem habitaculum angelorum. Admonemur autē
hinc etiam altioris euangelici sacramenti. Nam quoniaz
nobis ad mundum supercelestem ad angelorum consor
tium reuerata est uia per xpi crucem et sanguinem idcir
co illo occumbente scissum est uelum templi quo sancta
sanctorum per que angelicum diximus mundum signifi
cari ab aliis partibus discludebantur. Quod fuit inditio
patere iam aditum homini ad dei regnum ad deum ipsu
qui uolat sup cherubin aditum ab initio ob peccatu primi
parētis iustitię legibus occlusu: Hęc satis de tribus mundis

in quibus illud in primis magnopere obseruandum unde
 & nostra fere tota pendet intentio esse hos tres mundos
 mundum unum: non solum propterea quod ab uno prin-
 cipio & ad eundem finem omnes referantur: aut quoniā
 debitis numeris temperati & armonica quadam naturæ
 cognatione atq; ordinaria graduum serie colligentur: S; quoniam
 quicquid in omnibus simul est mundis id & in
 singulis continetur: neq; est aliquis unus ex eis in quo nō
 omnia sint quę sunt in singulis quam Anaxagorę credo
 fuisse opinionem si recte eum sensisse putamus explicatā
 deinde a pythagoricis & platonici. Verū quę in mundo
 sunt inferiori in superioribus sunt: sed meliore nota: quę
 itidem sunt in superioribus: in postremis etiam uisuntur:
 sed de generi conditione & adulterata ut sic dixerim na-
 tura. Est apud nos calor qualitas elementaris: est in cele-
 stibus uirtus ex calfactoria: est in angelicis mentibus idea
 caloris. Dica; aliquid expressius. Est apud nos ignis quod
 est elementū. Sol ignis in celo est: est in regione ultramū-
 dana ignis saraphicus itellectus. Sed uide quid differāt.
 Elemental is urit: celestis uiuificat: supercelestis amat. Est
 aqua apud nos: est aqua in celis huius motrix & domina
 uestibulum. s. celorum luna: Sunt aque & super celum mē-
 tes cherubice. Sed uide quę in eadem natura disparilitas
 conditionis humor elementalis uitę calorem obruit: cele-
 stis eundem pascit supercelestis intelligit. In primo mun-
 do deus unitas prima nouem angelorum ordinibus qua-
 si spheris totidem præest imobilisq; ipse oēs mouet ad se.
 In mūdo medio. i. celesti celū empireū nouē itidē spheris
 celestib; quasi dux exercitui præest q̄ cū singlę motu ites

Tres cause q̄ mundus
 est unus

Anaxagoras

Pythagorici Platonici
 Quomodo mundi sunt
 in se inuicem

Extra ppositę ueritatis
 empla

Decem spherę mundi i
 tectualis

Decem spherę mundi
 celestis

Decem spherę mundi e
lementaris
Corpus } horum quodlibet
Natura } trifariam diui
Anima } ditur

Testimonia ex sacris
litteris

Radix sensus allegorici

Nō posse nisi uiros doc
tissimos recte allegorias
ul' scribere ul' interpretari

stabili uoluantur illud tamen deum imaginans i motum
est. Sunt & in mundo elementari post materiā primā ip
sius fundamentum nouem spherę formarum corruptibili
um. Tres. scilicet corporum uite expertium que sunt elementa
& mixta tum inter hęc media: que mixta quidem sed im
perfecta quales in sublimi que fiunt impressiones. Tres
uegetabilis nature: que in tria primum genera diuiditur.
herbarum fructicum & arborum. Tres anime sensuales
que aut imperfecta est qualis que in Zoophitis aut perfec
ta quidem: sed intra terminos irrationalis phantasie aut
quod summum in brutis est humanę etiam capax erudi
tionis: quod quasi medium est inter hominem & brutum
sicut Zoophitum medium est inter brutum & plantam.
Sed de his plura q̄ opus sit. hoc tantum addiderimus mū
dorum mutuam continentiam sacris etiam litteris indi
cari: Cum & scriptum in psalmis sit qui creat celos in in
tellectu & angelos dei legimus spiritus esse & ministros
eius flammę ignis urentis. hinc sepe diuinis celestia co
gnomenta sepe etiam terrena: dum nunc per stellas nūc
per rotas & animalia. nunc per elementa figurantur: hīc
& terrenis sepe celestia nomina. Quoniam. scilicet astricti uin
culis concordie uti naturas ita etiam appellationes hi om
nes mundi mutua sibi liberalitate condonant. Ab hoc
principio (si quis fortasse hoc non dum aduertit) totius sen
sus allegorici disciplina manauit. Nec potuerunt antiqui
patres aliis alia figuris decenter representare nisi occul
tas ut ita dixerim totius nature & amicitias & affinitates
edocti. Alioquin nulla esset ratio cur hoc potius hac ima
gine aliud alia q̄ cōtra representassent. Sed gnari omnium

rerum & acti spiritu illo qui hec omnia non solum nouit:
sed fecit naturas unius mundi per ea que illis in reliquis
mundis nouerant respondere aptissime figurabant. Qua
re eadem opus cognitione (nisi idem adsit & spiritus) his
qui illorum figuras & allegoricos sensus interpretari rec-
te uoluerint. Est autem preter tres quos narrauimus quar-
tus alius mundus in quo et ea omnia inueniantur que sunt
in reliquis: hic ipse est homo qui & propterea ut catholi-
ci dicunt doctores in euangelio omnis creature appella-
tione censetur: Cum predicandum hominibus euangelium
non autem brutis & angelis; predicandum tamen omni crea-
ture a Christo demandatur. Tritum in scholis uerbum est
esse hominem minorem mundum: in quo mixtum ex elemē-
tis corpus & celestis spiritus & plantarum anima uegeta-
lis & brutorum sensus & ratio & angelica mens & dei si-
militudo conspicitur. Quattuor igitur hos mundos si sta-
tuamus credibile est Mosem dicturum de mundo sufficiē-
ter: de his omnibus differuisse: & cum naturam scriptor
effigiet si sit nature consultus qualem hunc nostrum si-
quem alium credimus: credibile doctrinam de illis non ali-
ter dispositam quam in se ipsis illos omnipotens deus opifex
disposuit: ut sit uere scriptura hec Moseos imago mundi
expressa: quemadmodum legimus etiam ei preceptum in
monte ubi hec didicit ut omnia faceret secundum exem-
plar quod in monte uiderat. Primum igitur quod est om-
nium maximum sicut ostendimus que sunt in omnibus mun-
dis contineri in singulis: debuit Moses emulatur nature
de nullo usquam ex illis mundis agere: quin sub eisdem uer-
bis eodemque contextu de omnibus simul pariter ageret.

Quartus mundus *homo*

Homo omnis creatura

Quo pacto homo est
minor mundus

De his omnibus mundis
tractasse Mosem

Scripturam hanc ima-
ginem esse nature

Nullam esse particulam
operis in qua simul non
tractet de omnibus
mundis

Radix quadruplicis ex
positionis

Radix quintę exposi-
tionis

Radix sextę exposi-
tionis

Radix septimę exposi-
tionis

Vnde quadruplex statim totius mosaice lectionis exposi-
tio nascitur ut primo loco quicquid ibi est scriptum: de an-
gelico mundo & inuisibili nullam omnino de aliis menti-
onem habentes enarremus: Secundo loco itidem omnia
de celesti mundo: Tum de sublunari hoc & corruptibili:
Quarto de natura hominis. Nam si nusquam de intelligi-
bili puta tractabitur: quin sicut ille in se postremas omnes
naturas continet: ita & eadem dereliquis mundis: nos scrip-
tura admoneat: possumus certe immo debemus om-
nes particulas de omnibus interpretari. Rursus sicut
naturę q̄q̄ in se ipsis promiscuę inuicem contineantur di-
scretas tamen proprias sedes: & peculiaria quędam iura
fortitę sunt: ita & si singulis in partibus presentis operis
de quadruplici natura eadem serie litterę differatur cre-
dendum tamen prima in parte de prima agi natura pe-
culiarius atq; eodem ordine deinceps in reliquis: Vnde
& quintę exoritur expositionis necessitas. Accedit quod
qua ratione hęc sunt distincta: quia tamen nulla est multi-
tudo quę non sit una discordi quadam concordia ligantę
& multiformibus nexuum quasi cathenis deuinciuntur.
Quod cum toto etiam opere agere Mosem sit uerisimile
ad sextam iam nos interpretationem uel inuitos uocat.
In qua ostendemus quindecim esse modos: Quibus rem
aliam alii cognatam ul' coniunctam intelligere possumus:
& cum neq; plures neq; pauciores sint ita eos omnes &
sufficienter & dilucide a propheta expressos ut nihil ex-
pressius unquam de rerum natura scripserit aristoteles.
Postremo quemadmodum sex diebus geneseos fabatum
succedit idest quies. Congruum ut & nos post proceden-

tium a deo rerum ordines distributos: & explicatam eorū
unionem et differentiam fœdera q̃ et habitudines septi-
ma iam et sabbataria (ut sic dixeris) enarratione de crea-
turarum fœlicitate: de q̃ reditu ad deum qui per Mosai-
cā: & christianam legem elongato inde ob peccatum pri-
mi parentis homini contigit aliqua perstringamus: refe-
rantes quē de his in presenti scriptura Moses apertissime
occultauit ut fiat palam de christi aduentu de ecclesię p-
fectu de gentium uocatione expressissimum hic uaticini-
um legi. Vt sit uere hic liber: si quis alius talis: liber septe-
signaculis obsignatus: plenus omni doctrina: omnib⁹ mi-
steriis. Non autem imitabimur eos qui aggressi aliquan-
do hanc mundi creationem exponere: Quicquid us-
q̃ apud philosophos et apud theologos de deo de ange-
lis de materia de celo de q̃ tota natura disputat⁹ est huc
congefferunt. Quod apud hebreos maxime Isaac Persa
et Samuel ophiniōs peccauerunt: Sed solū quid sibi Mo-
saica littera uelit: Quid uerborum contextus uel indicet uel
significet declarare prouiribus annitemur. Nec si osten-
demus per firmamentum puta octauam spheram signifi-
cari statim de illa exordiemur disputationem quo pacto
rapiat ceteras sphas: quot signis distincta: quot imagi-
nib⁹: simplici ne motu: an potius duobus an uerius tribus
indiuersa rotetur. Aut sicubi dictione aliqua indicari ho-
minis animum dixerimus digrediemur ad omnia q̃ scri-
buntur de anima enucleanda sed ea tantum de unaqua-
q̃ re strictim etiam et cursim annotabimus de quibus mē-
tionem auctor expressam facere uideatur. Dixi strictim
etiam et cursim: quia non illud hoc opere est consilium

per amezt
Scribi hęc eruditis non
rudibus philosophię

ut qui hęc alibi non didicerunt hic primum discant : sed
ut quę sciunt iaz esse uera in prophetę uerbis agnoscant:
& quę immensis uoluminibus digesta a theologis & phi-
losophis legerunt:quo pacto hic paucis& comprehende-
rit & occultaerit intelligentes:reuelata facie legis latorē
loquentem audiant. Quod si quis etiam forte actus spiri-
tu sanctę rusticitatis non taz petita hęc altius mysteria nō
probauerit q̄ simpliciorem potius & sibi acomodatiore
optauerit sacri contextus enarrationem Iubebo eum pri-
us meminisse Pauli pręcipientis ne aut qui manducat nō
manducantem spernat:aut qui non manducat mandu-
cantem iudicet: Tum ipsum non meis sed augustinus in ip-
sa ēt sua in genesim expositione alloquar uerbis in hunc
modu. hęc tu si potes appendas: si non dum potes relin-
quas ualentioribus. Tu uero cum scriptura non deserren-
te ifirmitatē tuā & materno in cessu tecum tardius ambu-
late pficias. Illa enim sic loquitur ut altitudine superbos
irrideat: pfunditate attentos terreat:ueritate magnos pa-
scat:affabilitate paruos nutriet. Sed redeamus ad nos &
ab ipso corruptibili mundo quem habitamus exordientes
prestemus quantum scilicet possumus quod polliciti su-
mus. Alioquin et in magnis est satis uoluisse: & ut inquit
Pomerius magnarum rerum magnus conatus pfectus ē.

Pomerius

Mosaica uerba exponenda
Verba ipsa pphetę quę exponenda suscepimus hęc sunt

IN principio creauit deus celum et terram: terra autem erat inanis & uacua: et tenebrae erant super faciem abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas: et dixit deus fiat lux et facta est lux: & uidit deus lucem quod esset bona: et diuisit lucem a tenebris appellauitque lucem diem et tenebras noctem: factumque est uespere & mane dies unus. Dixit quoque deus fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis: et fecit deus firmamentum diuisitque aquas quae erant sub firmamento ab his quae erant super firmamentum: et factum est ita: Vocauitque deus firmamentum celum. et factum est uespere et mane dies secundus. Dixit uero deus congregentur aquae quae sub celo sunt in locum unum et appareat arida: et factum est ita et uocauit deus aridam terram: congregationesque aquarum appellauit Maria: et uidit deus quod esset bonum: et ait germinet terra herbam uirentem: et facientem semen et lignum pomiferum facientem fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram: & factum est ita et protulit terra herbam uirentem et facientem semen iuxta genus suum lignumque faciens fructum: et habens unum quodque sementem secundum speciem suam et uidit deus quod esset bonum: & factum est uespere et mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in firmamento caeli et diuidant diem ac noctem et sint in signa et tempora et dies et annos ut luceant in firmamento caeli: et illuminent terram: et factum ita fecitque deus duo luminaria magna luminare maius ut praecesset diei: et luminare minus ut praecesset nocti & stellas et posuit eas in firmamento caeli ut lucerent

Dies primus

Dies secundus

Dies tertius

Dies quartus

Dies quintus

Dies sextus

super terram: & præfessent diei ac nocti et diuiderent lucem ac tenebras: & uidit deus quod esset bonum: & factum est uespere & mane dies quartus. Dixit etiam deus producant aque reptile animæ uiuentis et uolatile super terraz sub firmamento celi: Creauitque deus cete grâdia & omnem animam uiuentem atque motabilem quas produxerant aque in species suas: et omne uolatile secundum genus suum: et uidit deus quod esset bonum benedixitque eis dicens. Crescite et multiplicamini et replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram & factum est uespere et mane dies quintus. Dixit quoque deus producat terra animam uiuentem in genere suo: iumenta et reptilia & bestias terre secundum species suas: factumque est ita: et fecit deus bestias terre iuxta species suas: iumenta et omne reptile terre in genere suo: & uidit deus quod esset bonum & ait. Faciamus homines ad imaginem et similitudinem nostram & præsit piscibus Maris & uolatilibus celi et bestis uniuersę terre omni que reptili quod mouetur in terra: & creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam ad imaginem dei creauit illum.

Haecenus exponendum Mosem suscepimus. Totam autem expositionem in septem libros siue tractatus partitusum: potius ut imitarer Basilium et Augustinum quam propterea quod hac crebra distinctione quasi interiungens legentis intentio recreatur. Accedit quod cum septem sint expositiones septem libris digestę singulique libri septem capitibus diuidantur septem creationis diebus omnia respondent. Factum item a nobis ratione cõ-

b3

Principio
Materia

Finis

Form 7

Мастеръ върболовъ

Натанъ съобщава, че

EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI. Libri primi Caput primum

De principiis rerum corruptibilium

Materia
Priuatio

Dimensiones materiæ

Efficiens causa

Finis

Forma

Materiæ dispositiones

Naturales causas organa esse diuinorum

NATVRALES Philosophi qui de natura rerum corruptibilium differunt de principiis earum sic statuunt in uniuersum: esse materiam rudem formarum expertem idoneam quidem omnibus formis suscipiendis sua tamen natura omnibus priuatam. Quare præter materiam priuationem etiam faciunt principium rerum naturalium. Adiecit Auerrois esse materiam trino dimensu in longitudinem latitudinem altitudinēq; protensam: ne scilicet res corporeæ de in corporeo subiecto fieri dicerentur. Tum afferunt transmutantem causam quam uocant efficientem. Cuius ui tractata materia: quod est potentia actu fiat aliquando: quemadmodum mollis cera et inde finita ductu manus atque tractatu in diuersas figuras pro tractantis arbitrio transformatur. Quoniam autem nihil natura temere agit sed boni alicuius consequendi gratia finalis causa se statim infert: & proximus quidem finis agentis causæ forma est quam de materiæ gremio eruit. Hoc enim illam consilio agit & uersat ut ad perfectum habitum formæ illam perducatur: unde & forma tertius principium ab aristotele statutus. Hæc autem de materiæ sinu educi non potest nisi affectu prius et preparatæ congruis qualitatibus: Circa quas totus opificis labor tota actionis mora consumitur ipsa scilicet specie indiuiduo momento quasi præmio laboris statim effulgente. Opificem ipsius causam potius quam principium uocant peripathetici. Diuinorum autem memores semper diuini Platonici admonitos

nos uolunt naturales agentes causas: & si solę appareant nobis quę corpora agant forment & transmutent haud tamen primarias esse causas eorum quę fiunt: sed instrumenta potius diuine artis cui obediunt et famulantur. Quemadmodum fabri manus et si ipse tota domus materiam ligna lapides cements componant ordinent & transmutent nihilque uideatur preter eas cui factura domus accepta referatur nouimus tamen organum illas esse obediens arti et seruiens quę constituta in animo architecti domum quam simul concepit particulatim digerit explicatque insensibili materia: hinc factum ut ipsi duas causas adiciant organicam & exemplarem. Quod neque negant peripathetici: Immo confirmant apud quos trium illud: Omne opus nature opus esse intelligentię. hec sunt quę in commune dicuntur de rebus corruptibilibus: quę omnia ita in opere primi diei complexus est Moses ut neque certius neque aptius de his quicquam dixerint philosophi probatissimi.

Caput secundum.

¶ Principio igitur duas statuit causas agentem & materiam eam scilicet quę actu & eam quę est potentia. Illam ceelum hanc terram uocat cui nostre expositioni attestatur primum auctoritas stoicorum qui agentem causam ceelum materialem terram uocauerunt ut scribit Varro ne grecos commemorem. Attestatur & ratio. Nam & materia despiciatissima omnium naturarum uti est terra omnium elementorum: & simili omnino proportionem respondet: ut probant peripathetici agens materie et terre ceelum.

Tota inanis & inanis

plato

H

T

B

Causa (Organica M
(Exemplaris

Aristoteles

Consensus platonicoꝝ
& peripatheticoꝝ

Ex materia & forma

Ex materia & forma

Ex materia & forma

Ex materia & forma

Ex materia & forma

Ex materia & forma

Ex materia & forma

Enarratio uerborum

moſeos

Celum

Terra

Stoici

Varro

Cui super facit

Peripathetici

Terra inanis & uacua

Hebrei

Tou

Bou

Materia cognitu difficili

Aristoteles

Plato

Forme incohatio

Albertus

Antiquus Simeon

Tenebre

Abyssus

Privatio idem quod forme incohatio

Terra autem hec idest materia inanis & uacua ut translatit Hieronymus uel ut septuaginta inuisibilis & incompota: & hec quidem omnia rudi materie informiq; conueniunt que & experts formarum omnium merito inanis et uacua dicitur & omnino in composita et inuisibilis est. Verum hebraice dictiones tou & bou que hoc loco leguntur a pluribus hebreis aliter exponuntur. Tou quidem rem brutam interpretantur stupentem attonitam. Quod ad materiam etiam tenebricosam de forme que faciem ab illis refertur: ob eam causam quod intendentes nos in illius cognitionem attonitos reddit: propter quod et Aristoteles proportionem & Plato notha ratione cognoscit a nobis illam dixerunt. Bou autem ex uidectionis incohationem & rudimentum forme multi exponunt. Idem enim si uerbum uerbo reddamus est bou ac si dicamus in eo est siue eorali quid est. Quod si sequamur preter subiecti potentiam incohata in eo formam intelligemus. Quod non solum Albertus et plures peripathetici sed ueteres etiam hebrei crediderunt ut ex monumentis antiquissimi Simeonis aperte colligimus. Verum quopacta hec sit incohatio accipienda declarat adiciens & tenebre erant super faciem abyssi. Abyssum uocat terram idest materiam trino dimensum in altissimas profunditates extensam. Super hanc tenebre idest privatio est: principium apud peripatheticos in primis celebre cui nulla magis appellatio quam tenebrarum congruerit. Est autem privatio qua differt a negatione ut magnus Albertus constantissime uult ipsa hec de qua dicimus incohatio forme de qua re idem philosophus copiose et subtiliter differuit. Preterea si subest

terra aquis et irrigata inde parturit quę postremo & pariatur: nonne aquę hoc loco accidentes materię qualitates et affectiones significabunt? quę uel suo fluxu tractabiliq; natura aquarum speciem gerunt: Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formam quam extremo temporis momento edit in lucem. Super has aquas spiritus domini idest uis causę efficientis domini organum & instrumentum merito ferri dicitur: neque dicitur ferri super terram quia non attingit agens subiectum aut permeat nisi mediis illis intercedentibus qualitatibus: quas dum uersat et agit oritur lux idest formę species et decor tenebrarum quas diximus idest priuationis expultrix & fugatrix: fitque dei uoce sic imperantis: quia nihil agunt causę naturales: quod non diuinę artis ordo preceperit. Tum fit ex uespere et mane dies unus: Cum ex potentie actusq; natura substantia tertia quod cōpositum dicimus disfulsauit: estque ratio iam manifesta iuxta hunc sensum: cur dies unus dixerit non primus & merito lucem uidit: quoniam niam bona: Cum nihil sit aliud natura formę quam primi boni imago tenuis et umbratilis similitudo. Hactenus in uniuersum de corruptibili substantia qualis omnis quę in fra lunam est: ubi et cęlum et terram idest transmutantes naturam & eam quę transmutatur: et terram eandem idest materiam uidimus inanem omni specie substantię uacuam item omni forma accidentali: Superque eam in trini dimensus abyssos extensam priuationis tenebras indentes: non quidem illi intimas (Neque enim priuatio materię essentia est ut probat Aristoteles) sed extremam eius faciem occupantes. Vidimus item super aquas idest

Dispositiones materię

Vis causę agentis organum dei

Agens materiam non attingit nisi medus qualitatibus

Exoritur lux

Dei imperio fit lux

Fit ex uespere & mane dies unus

Ex materia & forma cōpositum unum

Lux bona

Epilogus

Cur super faciem abyssi tenebrę

fluxas dispositiones materie quasi terre presentes ferri spiritum domini id est uim cause agentis non uti causam principalem: sed uti spiritum domini id est organum diuine artis quomodo spiritus noster uitalis organum animi est. & statim tractante spiritu aquas illas et peruadente subiectum iussu dei artificis exorta est lux id est forme decus & splendor.

Caput tertium
¶ Quoniam autem a communibus generalibusque ad specialia recto ordine descendimus ut probat Aristoteles: facturus hoc idem Moses: postquam dixit de his que communia sunt rebus omnibus elementaribus: elementalem totam substantiam secunda die trifariam diuidit. Primo autem intelligendum materiales omnes formas: aquarum appellatione ab illo hic designari que congruere magis ne possit quod est. Est enim in sphaera hac rerum generabilium & corruptibilium stante materia quasi alueo maris uti fluxus refluxusque undarum perpetuus indefinens abeuntium & aduentantium formarum comitatio. Generatio scilicet preterit ut inquit Salomon: & generatio aduenit: terra autem stat in eternum. Vocantur enim & forme istę apud platonicos imitatores semper hebraice discipline generationes potiusquam forme quod fieri quam esse dici uerius possint. Ob quam etiam causam factum ut quo supra nomine: aquarum scilicet: materie qualitates & accidentales formas uocauit: eodem hic uocauerit etiam ipsas materiales substantias: scilicet ut admoneret non id quidem quod credidit Alexander esse qualitates ipsas elementis formas substantiales: sed quod platoici magno opere confirmant esse species omnes que in materia est ad accidentis fere

Quid per aquas secunda die intelligamus

Salomon
Platonici hebreorum
imitatores

Alexander

potius q̄ ad uerę substantię conditionem referendam.
 Quem titulum sibi illa legitime uendicant quę per se stāt
 sibi ipsis innixa & id quod sunt uera sunt ratione: inmi-
 xta rebus peregrinis & minime adulterata Heraclitus sē
 sibilium rerum substantiam uocauit mare & apud poe-
 tas in uolucris fabularum uelantes philosophiam: Cum
 post Saturniam unitatem idest mundi intelligibilis unio-
 nem intra se omnia implicantis in tres partes sensibilem
 mundum partirentur: cēlestemque ad scriberent regionē
 Iouis: subterraneam Plutoni: Neptunno autem mediam
 hanc scilicet quę a Luna ad terram protenditur: de qua
 nunc agimus: Neptunnum maris dominum dixerunt: qui
 idem apud Platonicos pro ea uirtute accipitur: quę gene-
 rationibus pręest. Sed redeamus ad Mosē diuidentez
 aquas ab aquis medio firmamento. Triplex enim parti-
 tio corporum sublunarium. Alia supra mediam regio-
 nem aeris sunt suprema scilicet pars eiusdem elementi &
 purissimus ignis quod totum etheris nomine designatur:
 Ibi pura inmixta et legitima elementa: Alia infra ipsum
 aeris meditullium quę apud nos sunt ubi elementum pu-
 rum nullum (Neque enim purum elementuz sensibile) sed
 mixta omnia ex fœculenta crassioreque parte mundani
 corporis constant. Intercedens regio aeris quę hic dici-
 tur firmamentum: unde & aues sub firmamento cœli ab
 eo uolantes introducuntur: ea est regio in qua sublimes il-
 lę impressiones apparent: pluuię: niues: fulgura: fulmina:
 tonitrua: comete: & cętera id genus. Vide autē quaz recte
 nō solū situi: sed & naturę proprietate: hoc firma mētū supi-
 ora elemēta ab inferioribus quasi aquas ab aq̄s discriminat

Heraclitus
 Poetę

Triplex partitio corpo-
 rum sublunarium
 Elementum purum
 Mixtum imperfectum
 Mixtum perfectum

& distinguit. Supra eam pura sunt elementa: infra eam perfecta mixtione ab elementalī simplicitate discedunt: inibi mixta fiunt sed imperfecta mediaque ut dicatur ue-
rissime inter mixtorum elementorumque naturam.

*Heracitus
Poe*
Cōgregant' aque i locuz
unum et apparet terra

Caput quartum
C Sed uideamus quid ultra. Moses philosophetur con-
gregentur inquit aque que sunt sub coelo in locum unum:
et appareat arida. Arida materia est uti iam constituimus
nec apparet materia aut conspicitur nisi formarum spe-
ciem induta: sed neque apparet induta speciem elemen-
ti: quia ut diximus et probant philosophi elementum sim-
plex nec uideri nec tangi nec sub ullum omnino sensum
cadere potest. Si igitur que inuisibilis olim fuerat terra fu-
turum est ut sub conspectum ueniat necesse est aquas que
sub coelo sunt idest sub media aeris regione congregari
ad locum unum idest ad coem mixtionis colluuiem con-
fluentes certis legibus tam quasi litoribus prescriptam in
unam mixtionis formam coalescere. Quod aquis inferio-
ribus ut ostendimus non item superioribus accidit: ubi a-
ut nulla prorsus aut imperfecta mixtio. Quod si anima
uegetalis mixtionis formam statim consequitur: Quid
aliud a nostro philosopho expectabamus quam ut post il-
lam aquarum congregationem induceret statim terram
herbarum fructuum arborumque fecundam.

*Triplicis partio corpore
mixta uulsi mui
Elementum purum
mixtum imperfectum
mixtum perfectum*
Germinat terra plātas

Caput quintum
C Quanquā hinc uidebat' ordie cōsequēti ad aīalia trāf-
eūdū quoq; aīa uegetali pxime iūcta ē: tñ quoniam ab ani-
malibus ad hominem itur: i que definit de mūdo corrup-
tibili omnis tractatio: id circo interiecit Moses aliqua de

his quę fiunt in firmamento: & quibus ipsum ornatur uti
terra ornatur his quę in ea fiunt metallis plantis & ani-
mantibus. Sunt autem hęc impressiones illę quę in subli-
mi idest in media regione aeris fiunt. hanc supra & celum
& firmamentum uocauit: hic autem firmamentum cęli:
ut sciamus non illud esse quod uere est celum: sed quod
cęlo subest. Quare & Ennius i achille hanc partē subices
dixit: propterea quod cęlo proxime sit subiecta. has au-
tem impressiones secundarias stellas et sydera et astra a
philosophis nuncupari notius est quam ut pluribus com-
probetur aut duriusculum uideri alicui possit nos de illis
exponere quę de syderibus hic dicuntur. Quoniam autē
horum omnis diuersitas ad duas primas causas refertur
caliditatem et frigiditatem referemus conuenienter quę
a causa sunt calida ad solem quę uero a frigida ad lunam.
Neque ob id solum & solis et lunę et reliquorum syderū
hęc sibi appellationem iudicant quod idem sint ipsa in
inferiori cęlo quod illa sunt suo quanquam diuiniore: uel q̃
item simili facie se ostendant hominibus lucentia pariter
et coruscantia: quam quod alia ex illis aliud i cęlo sydus
tanquam principem et ducem sequantur. Vnde et si-
gna earum sunt rerum: quę sydera a quibus fuerint ex-
citata portendere inferioribus soleant. huic rei argumen-
to est illud quod motum syderum sequuntur quorum ui-
& influxu de terrestri confecta materia idest uaporoso
halatu consistunt.

Caput sextum.

Ennius

Pythagorici

Timeus

Christus nostra felicitas

Manifesta iam quæ sequuntur de animalium deque hominis productione. Post plantas enim ea sunt mixta quæ sentiunt et mouentur: quamquam et plantis stupidus sensum adscribant Pythagorici: quod in ea quam parturimus concordia longioris subsellii opere discutiemus. Hæc autem animantia quæ citra omnem controuersiam motu sensuque participant: et hic a Mose et in Timeo inuolatilia et in aquis degentia et terrestria distinguuntur. Supremus omniū et princeps homo: quo mundi corruptibilis natura progressa sistit pedem et receptui canit.

Caput septimum.

Quemadmodum autem inferiorum omnium absoluta consumatio est homo: Ita omniū hominum absoluta est consumatio christus. Quod si ut dicunt philosophi ab eo quod uno quoque in genere est perfectissimum ad ceteros eiusdem ordinis quasi a fonte omnis perfectio deriuatur: Dubium nemini est a christo homine in omnes homines totius bonitatis perfectionem deriuari. Illi scilicet uni datus spiritus non ad mensuram ut de plenitudine eius omnes acciperemus. Vide quam haud dubiè hæc ei prærogatiua debeat deo & homini: quæ etiam qua homo est peculiari ei & legitimo priuilegio conuenit.

Caput octauum.

EXPOSITIO SECVNDA DE MVNDO

CAELESTI

PROHEMIVM

SVrgamus ab elementis ad celum: a corruptibilibus ad incorrupta corpora: ut palam omnibus sit eisdem uerbis quibus de elementalibus nobis tot natura monstrata sunt: de celestibus item altissima dogmata a propheta comprehensa. Quod cum nobiscum animo reuoluemus: erit preter ea quae diximus in prohemio alia nobis in promptu ratio: Cur gratia exempli dicturus Moses de agente causa et de materia non illam agentem expressis uerbis hanc materiam uocauit: sed celum et terram: & materiarum dispositiones: non qualitates ut dicunt philosophi sed aquas: & formam lucem potius quam formam appellauit: Cometas item & fulmina & cetera id genus non propriis cognominibus: sed astra et stellas nominauit atque ita de reliquis. In exordiis quidem allata fuit a nobis cum ueterum consuetudo scribendi res grandes phisicas & diuinas occulte & figurate: tunc ruditas auditorum qui cum splendorem disciplinae Mosaeae ferre non possent oportuit uelata facie uerba facere illis: ne qui illuminandi suscipiebantur: nimio lumine obcecarentur. Nunc tertiae rationis habemus occasionem: quia scilicet si materiam & formam et qualitates & causam agentem nominasset poterant illa quidem corruptibilis mundi tractatibus deferuire: non autem et reliquis. Quare illud est incogitatum & mirum Moyses artificium diuinaque uere non humana industria eis uti dictionibus itaque orationem disponere: ut eadem

Tres causae quae Moses figurate scripsit

Mirum Moyses artificium

Mirum Moseos artifi-
cium

Absolutissimum scribe-
di genus
Scriptura Mosaica itel-
ligentię angelicę emulatrix
Dionysius
Diuus Thōmas

Cælum empyreum

Strabus
Beda

uerba idem contextus eadem series totius scripturę figu-
randis mundorum omnium et totius naturę secretis apte
conueniat hoc illud est in quo Moseos liber omnem gen-
tium et doctrinam et eloquentiam et ingenium superat.
hoc nouum illud et intactu adhuc quod nos afferre tēp-
tauimus: ut scilicet factū a Mose id nostris hominibus re-
ipsa comprobaremus. Hęc est idea hoc est exemplar ab-
solutissimi scriptoris: non ob id solum q̄ huiusmodi scri-
bendi genus ut supra demonstrauimus naturam effigiat
& emulatur: q̄ q̄ sicut iter mentes angelicas auctore Dyo-
nysio et diuo Thōma splendore nostrę theologię illa est su-
prema: quę paucissimis ea notionibus & formis per intel-
ligentiam comprehendit: quę inferiores uariis et multipli-
cibus: ita inter scripturas illa est summa illa apicem tenet
omnis perfectionis quę paucissimis uerbis omnia ueluti
singula et congrue et profunde complectitur. Sed quid p̄-
phetam prodeuntem reuelatā facie moramur ultra: ut de
cēlestibus nos mysteriis alloquatur? prius tamen q̄ loquē-
tem ipsum audiamus: ut simus uerborum illius capacio-
res prefari paucula quędam de cēlo decimo utile fue rit.

Caput primum

¶ Supra nouem cēlorum orbes idest septem planetas et
spheram octauam quam uocant inerrantem nonumque
orbem qui ratione non sensu deprehensus ē: primusq̄ ē ī-
ter corpora quę mouentur creditum esse decimum cælū
fixum manens et quietum: quod motu nullo participet.
Neq̄ hoc tantum creditum a nostris maxime iunioribus
Strabo et Beda sed a pluribus etiam hebreorū: preterea
q̄ philosophis & mathematicis quibusdam. E quibus sa-

tis duos sit attulisse Abrahā hispanum astrologum ma-
 ximum: & Isaac philosophum: quorum uterq; hoc attesta-
 tur. Quin & hic Isaac decimum orbem ab Ezechiele de-
 signatum intelligit per Zaphirum in similitudinem thro-
 ni: ut color Zaphiri lucis nitorem: throni similitudo im-
 mobilitatem eius significet. Figuratas item intelligit decē
 sphaeras a Zacharia per candelabrum aureum distinctum
 septem lucernis: & lampadem super caput eius: tum sup
 lampadem oliuas duas. Cum enim septem lucerne septē
 planetas indicent: & lampas circulum octauum tot lumi-
 nibus fulgentem: uult per duas oliuas indicari nonam &
 decimam sphaeram: propterea q̄ ex oliuis oleū defluit ad
 lampadem & lucernas: ad luminis nutrimentū. Quare p
 rationis similitudinem cum cēlorum quos nos uidemus
 lux a supremis illis emanet et conseruetur (qui enim dat
 lucem idem conseruat) Merito illi quidem oliuis: hui autē
 lucernis & lampadi comparantur. Verum si non possunt
 eiusdem aque duo primi fontes constitui necesse est ex il-
 lis duabus supremis sphaeris altera esse: quę sit principiu
 totius lucis. Quod si ad alteram ad primam utiq; idest ad
 decimam referendum est: ut sit ipsa quasi unitas luminu:
 tum proxime lumen tota essentia suę substantię nona reci-
 piat: Inde tertio ad solez plena participatione proueniat:
 a sole autem quarto iam ideoq; postremo gradu in om-
 nes stellas partibiliter diuidatur. Supra igitur nouē cēlos
 decimum statuamus quem theologi uocant empyreum.
 Dubitatum autem a quibusdam natura ne esset corporea
 an incorporea potius. Nam & unitate forte decet ut nu-
 mero coelementali respondet analogia naturę: ita non ef-

Abrahā astrologus
 Isaac philosophus
 Ezechiel de cēlo empy-
 reo

Zacharias

Fons et unitas lucis

Tres gradus participa-
 tē lucis

Vnitas
 Numerus coelemētāris

Phœnicum theologia
Iulianus

Enarratio uerborum p
phetę
Cælum

Terra

Sphera octaua
Academici
Luna
Aristoteles
Pythagorici
Quo pacto elementa
in cælo

se genere eodem. Sed quicquid de hac questione statuas
remaneat in concussis inibi esse thesauros lucis: & inde
quicquid habetur luminis uisiturque in corporibus quasi
a primo fonte in cætera deriuari. Neque enim obstat si quis
credere pertinacius quàm uerius uelit non esse illud natura ue
re corporea: quando in phœnicum theologia est: ut scribit
Iulianus Cæsar in oratione de sole: emanare lucem corpo
ream ab incorporea natura. Præstet hic igitur nouem sibi
serie consequenti succedentibus cælis quasi dux exercitui
quasi forma materię & Monados typum gerens denari
um implet. **Caput secundum**
Veniamus ad Mosē qui dicturus de omnibus hūc tā
quam primum & principalem cæli peculiaritē appellatio
ne dignatus est: quemadmodum licet nouem choros an
gelicos: quia participant diuinitate uocare deos possumus.
Vnde illud deus deorum: Absolute tamen cum deum di
cimus non aliquem ex eis: sed in diuiduam trinitatem ac
cipimus presidentem illis quemadmodum & empyreum cæ
lum nouem sibi subiectis orbibus presidet. Terram autem
uocauit octo sphaeras postremas: neque id sine causa: sed
ob id factum quoniam huius numeri extrema sibi terrę ap
pellationem uendicant. Ea sunt luna et cælum stellatum:
quorum utrumque terram uocare & ueterum auctoritate
& ratione præterea cogimur. De sphaera enim octaua fre
quentissimum in academia dare illi terrę appellationem. Lu
nam item Aristoteles terrę similem dixit imitatus scilicet
Pythagoricos qui eam et terram cælestem & terrestrem cæ
lū appellāt. Sed uide quę ratio ad utrūque nos ducat. Si. n. i
cælo querimus elementa lunam terram statuimus infimā

ignobilissimâq; oîu; sydeg: uti est terra oîu; elemtoꝝ opa-
 citate itidē substātiē & maculis illi per simile: Tum aquaz
 Mercuriū uersipelle sydus & trāssformabile ideoq; apud
 Lucanū undē arbitꝝ appellatum: Venerē aerē tēperato
 calore uiuificam solē ignem ratione manifestissima: Tu;3
 ordine inuerso Martem ignem: Iouē aerē cognatū Vene-
 ri natura: Saturnu; aquā senem. s. dānatē frigiditatis: reli-
 quum ut spherā octauā: & nō eraticā terrā uocemus: uel
 sic ipso cōputationis ordine postulante. Recte igit hoc to-
 tū qđ binis utriq; terris cōcludit: supra quod nihil uisibi-
 le nobis: terrā uocauit. Tum subdit et terra erat inanis &
 uacua inanitate. s. lucis nō du; a primo cēlo propagatē ad
 eā: & reliquaz uirtutū: quaz uehiculū est lux. Neq; hoc
 dicimus ex nobis: sed ipse auctor declarat cuius rei dicat
 inanitatem adiiciens & tenebrę erant super faciem aby-
 ssi: altitudinem tātā tot numero orbium & miram profun-
 ditatem iure abyssum uocans. Verum ne crederemus in-
 ter octauā spheram & sedes empyreas nihil medium es-
 se: ut crediderunt multi sequuti inditia tantummodo sen-
 suum: admonuit nos orbis intercedentis: quem per aquas
 ipse cum figurauerit consone a iunioribus christallinum
 cēlum est nuncupatum. Super hunc ferebatur aut ut ueri-
 tas habet hebraica: & Syrus Effren transtulit incubabat
 huic spiritus dñi idest proxime adherens spiritalis olym-
 pus sedes spirituum domini fouebat eum sua luce uiuifi-
 ca: & recte est factum ut qui attinens est principio lucis
 toto corpore & tota sui mole luce; conbiberet: propterea
 nobis inuisibilem quia corpulentia solidiore non termi-
 natur. Illi igitur primum incubans suam lucem largiebat

Lucanus

Inane & uacuum

Tenebrę

Abyssus

Nonus orbis

Aquę

Effren

Spiritus domini

Cur inuisibile nonum
 cēlum

Dies unus

Epilogus

Firmamentum inter a-
quas

Aquas sub cēlo, congre-
gatas ad locum unum

Oceanus

Terra apparet

empyreus: quę mox & i reliquas sphaeras quas p terrā & p
abyssum dicimus designatas excussis tenebris deo sic iu-
bente est deriuata. & factū est uespere & mane dies un⁹:
qa p lucis et superni īfluxus receptionē fēderant primis
cēli inferiores. Sūmatim igitur prima die et primi cēli emi-
nentia in reliquos et deriuatio inde lucis ad eos: & p aque
ac terrę cognomina de noni orbis & aliorum multa pro-
prietatibus indicantur. Caput tertium.

¶ Iam uero de motis orbibus particularius pronuntians
docet nonerraticā sphaerā quam dicimus firmamentū
mediā esse inter duas aquas: cuius dicti ratio manifesta
ex hiis quę diximus. Na et nonus orbis et Saturni plane-
tes ut declarauim⁹ aquarū sibi appellationem uendicāt.
Positum ergo a deo est firmamentum in medio aquarū.
& aque quę sunt sub cēlo congregatę sunt ad locum unū
& factum ut appareret arida id est terra totūq; hoc pro-
curatum ad salutem uiuentium. Videamus quid hęc sibi
uelint Moseos dicta. Aque quę sub cēlo sunt septem sy-
dera sunt quę sunt subfirmamento quod uocauit cēlum:
quorum primus Saturnus. hę aque congregatę in locum
unum ideo sunt: quia omnis planetarum uirtus in uno so-
le collecta est: quod omnes philosophi omnes mathema-
tici uno ore confirmant: & si hęc congregatio aquarū di-
cta est mare non absurde hic ille erit oceanus qui pater
deorum et hominum ab illis dicitur qui planetas deorum
nomine dignati sunt. Terram autem quid aliud dicemus
q̄ lunam sic ab Aristotele et Pythagoricis nuncupatam:
quę cum tota predicti maris undis obruitur nec utilis no-
bis nec uisibilis item est: sed tunc & animalium et nostris

usibus idonea: Cuius ab eo secedens mari magis magisque sub
 aspectu uenit. Tunc fertilis tunc fecunda eorum praefertur quae
 a uegetali natura sunt: Cuius **numera** auctio nutritio & ge-
 neratio. In haec. n. praecipua uis lunae ut dixerunt chaldei: Quod &
 hic a Mose apertissime demonstratur: Cum eam simul atque ap-
 paret & herbarum et fructuum et arborum parentem facit. Vide
 ut nobis naturam lunae et solis paucissimis figurateque subdi-
 cauit. Sed cur tacet de reliquis quae tractatur de omnibus suf-
 ficienter & docte in prohemiiis nostris promittebamus. Cur in
 qua cum de decima nona octauaque sphaera De Saturno item
 sole et luna fecerit mentionem de quattuor quae supersunt Vene-
 re & Mercurio Ioue item & Marte ne uerbum quidem. Dixeris
 forsan ideo factum quia rudis populus solent tamen nouit et lu-
 nam. Sed hoc perfugium ipse mihi met ademi nec possum non
 erubescens isthuc diuertere qui supra sum attestatus nihil
 propterea obmissum a Mose quod ad perfectam mundo-
 rum omnium intelligentiam faceret. Dicat alius qui de so-
 le ac luna egit egisse de reliquis: quod huius regnum obtinent
 caeli et cum particularis aliorum sit uirtus uniuersali haec duo
 sidera influxu pollent. Sed neque hoc nobis satisfacit: & de-
 buit eadem ratione omisisse Saturnum de quo tamen nos
 factam mentionem ostendimus. Altius credo latere my-
 sterium ueteris hebreorum disciplinae: inter cuius de caelo
 dogmata hoc est praecipuum concludi a Sole Ioue & Mar-
 tem: a luna uero Venerem et Mercurium. Nec si horum
 naturas siderum pensitemus obscura est ratio opinionis
 quam ipsi rationem nullam sui dogmatis afferant. Calet Iup-
 piter calet Mars: calet et sol: sed martis calor acer et uiol-
 lentus Iouis beneficus: in sole et acre illud ac uiolentum

In quae uis lunae praecipua

Caldei

Cur de quattuor plane-
tis nulla mentio

Solutio prima

Confutatio

Solutio secunda

Confutatio

Solutio tertia

Dogma ueterum hebre-
orum de sideribus

Affinitas solis cum Io-
ue et Marte

In duntaxat in duntaxat

id est

Affinitas lune cum Ve
nere et Mercurio

Epilogus

Solutio prima

Continuo

Solutio secunda

Continuo

Timæus

Solutio tertia

Motus

Illuminatio

Affinitas solis cum Io

et Mercurio

Martis & Iouis beneficam proprietatem uidemus id est mixtam ex huius temperatamque mediam quandam ut ita dixerim naturam. Iuppiter felix Mars infaustus sol partim quidem bonus partim est malus radiatione bonus copula malus. Est aries Martis domus cancer dignitas Iouis: sol in cancro sublimitatem in ariete dignitatem adeptus manifestam cum utroque sydere cognationem ostendit.

Veniamus ad lunamque & aquis Mercurii manifeste participat & quantam habeat cum Venere affinitatem prefertim hinc indicat quod ita in tauro Veneris domicilio sublimatur ut nusquam felicius aut magis benefica iudicetur. De celo igitur empyreo de nono orbe de firmamento de sydere Saturni deque sole ac luna qui reliqua complectuntur ipso silentio huius complexus nos admonens sufficienter hactenus dixit.

Caput quartum.

Restabat ut postquam de natura syderum dixerat de operibus deque eorum officio differeret declarans in quem usus fundata & cui muneri delegata a deo fuerint. Scito autem agi adhuc de celo ut de lucido corpore nihil de intellectu nihil de motrice vi eius adhuc dictum a propheta quem ordinem etiam Timæus sequitur: Primo corpus fabricatum corpori absoluto animum apponens celestium corporum duæ in uniuersum manifeste operationes motus & illuminatio. Motus duplex statuitur: alter mundi totius quo celum & ether xxiiii. horis per totum spatium uniuersi perfecto ambitu circumuoluuntur: alterum syderum prius multiplex et uarius inter quos principalis est motus solis qui spatio xii. mensium Zodiaci signa omnia circuit.

Ille diem facit unde et diurnus dicitur: hic autem annum
 reliqui syderum motus uariis temporum interuallis pera-
 guntur. Recte igitur et breuiter nos omnium admonuit
 Moses: cum dixit posita sydera infirmamento in dies an-
 nos et tempora. Addidit in signa quod quia satis ab aliis i-
 terpretibus exponitur ego prætereo. Indicauit præterea ex-
 presse reliquam opationem syderum quæ est illuminatio
 cum dixit statuta illa ut lucerent in cælo et terram illumi-
 narent. Quam autem diuerse sint sententie ueterum quid
 cælestia influant inferioribus in quamlibet tamen apte cadunt
 Moseos uerba. Nam si nihil aliud influunt quam lucem quod
 uidetur Aristoteles uoluisse si religiose et non pro nostro ar-
 bitrio illius uerba interpretemur nihil poterit cogitari Mo-
 saicis dictis conuenientius. Si præter lucem calorem etiam
 influunt nihilque præterea aliud ut Auerrois arabs et Abra-
 am iudeus uolunt satis fuit dixisse de luce a qua idem au-
 ctiores prouenire calorem fatentur. Si item plures alie uir-
 tutes atque multiplices isthuc cælitus demittuntur ut Auicenna
 ne ut Babillonius uisum non temere de sola luce mentio
 facta: quando ut ipse scribit Auicenna sola est lux quæ re-
 liquas omnes uirtutes de cælo uehit ad nos. In hæc igitur
 ministeria et lune et solis et stellarum sunt corpora distributa.
 Caput quintum
 Reliquum erat ut et signorum quæ spectabilia sunt in Zo-
 diaco: et eorum quæ quæ inuisa nobis longe tamen effica-
 ciora in cælo sunt christallino mentionem faceret. De hiis
 enim nihil hactenus dictum. hoc igitur sibi uolunt anima-
 lia quæ et aquæ producunt et terra producit: utique aquæ
 quæ sunt super cælos et terra quæ ipsum est firmamentum

Quid cælestia influant i-
 ferioribus

Aristoteles

Auerrois

Abraam

Auicenna

Babillonii

Signa octauæ et nonæ
 spheræ.

AEgyptii
Indi

De ui celorum motrice

Plotinus

Timæus

Sacrę litterę

Obedire celestia
suis motoribus

ut supra est comprobatum. Signa enim quę in illis solis
duobus orbibus uisuntur in speciem animalium qualia
quę apud nos ab egyptiis & indis notata sunt: quę potue-
runt illi et facilius et rectius quā nostri deprehendere adiuti
ab ipsa soli planitie & cęli serenitate. Alioquin animalium
quę hic sunt caduca productio non magis attinet ad hęc
duo elementa terram et aquam quā ad reliqua uiz. ignem &
aerem. & quoniam aquę dedit appellationem orbi chri-
stallino congruenter quę ibi animalia pisces: rursus quę
in firmamento quod terram dicit iumenta et bestias uo-
cauit.

Caput Sextum

Hactenus de corporea celorum natura. Nunc prędita
ea animo rationali declaraturus allegorice hominis me-
miniit non utique illius qui est caducus et terreus & quę
uidemus sed a quo ut inquit Plotinus is regitur homo quę
uidetur. Ille ipse animus est rationalis: quem ex eisdem
elementis: et in eadem patera ex quibus et cęli animam
cum Timęus constituat non incongrue quę dicuntur de
hominis animo ad cęli etiam animum transferuntur. Asti-
pulantur nostrę expositioni litterę sacrę: in quibus sepe an-
gelica omnis natura et rationalis per hominem designa-
tur. Frequentissimum hoc in prophetis de bonis angelis:
Et de malo etiam demone: qui nihil natura differt ab illis.
scriptum est in euangelio inimicus homo hęc fecit. Adie-
cit igitur deus celesti machine uiuam substantiam et ratio-
nalem participem intellectus: Ideoque ad imaginem et si-
militudinem suam. hanc uoluit pręfere his de quibus Pau-
lo ante diximus animantibus. i. sydereis oibus signis & pla-

netis quę illius ita nutu uersantur: ita dicto obediunt ut nulla mora nulla sit contumacia: Quod brutis elementorum corporibus non pariter accidit. Neq; temere aliud iuenies in quo magis desudent peripathetici q̃ ut p̃bent nihil reluctari cęleste corpus suo motori quęadmodũ nostra nobis corpora reluctantur: Quare neque illis ut nobis ex perpetuo motu aut tediũ aut difficultas aut fatigatio. hoc est imperium quod tetigit Moyses cęlestis hominis in animalia. Non item uacat mysterio q̃ illum hoĩez marē & feminaz creauit. Est. n. hęc prerogatiua animoz cęlestium ut simul utrunq; obeant munus et cõtēplādi et regendi corpora: neq; aut hoc illi aut huic illud obstrepat impedimēto ue esse possit. Vsurpatũ aut maxime a ueteribus: q̃ i orphicis et hymnis obseruamus duas has uires in eadē substantia quaz altera contēplat̃ altera p̃rēst corpori cognominibus maris et feĩę designare. hęc de cęlesti mundo de diuino. s. corpore de numero orbium de natura de proprietatibus de officio. Postremo de motrice uĩ eius rationali substantia deq; eius ingenio a propheta traduntur.

Caput septimum

¶ Nobilis hęc creatura et a nobis suspiciēda & celebrāda. Sed si uel platonice sētētię ut theologos taceā cuius modo meminim⁹ nō sumus obliti tēpatos aĩos ñros ab opifice dō i eodē cratere ex iisdēq; eleĩtis cū cęlestib⁹ animis: uideamus ne nos illoz seruos uelim⁹: quoz nos fratres esse natura uoluit. Neq; ñraz conditionē de hoc ifirmo corpore metiamur. Neq; n. hō ut scriptũ i alcibiade hoc qđ uideamus fragile et terrenũ: s; aĩus ē: sed itelleĩtus: q oēz ābitũ cęli oēz decursũ t̃pis excedit. Cauēdũ igit̃ ne qđ multi

*ingeniosissimā corpora
cēlestia sūt animata*

*Chaldei
Hieremias
Moyses*

Quo pacto cęlestis hō
mas & femina

*Non potest
hominis auctoritas*

Epilogus

*Christus unus coloratus
a quo omne bonum*

Quatenus a nobis ho
norandum cęlum
Plato

homo interior

Chaldei
Hieremias
Moses

Non posse celum esse
hominis auctorem

Christus unus colendus
a quo omne bonum

faciunt plus celo dantes plus tribuentes q̄ sit necesse &
uoluntati opificis & ordini uniuersi repugnemus: simulq;
ipsi celo cui dei consilia & mūdi ordo maxime cordi sūt:
dum studemus placere displiceamus. Hoc admonent
Chaldei dicentes. Ne augeas fatum. hoc prædicat Hiere-
mias. Ne timeatis inquit signa celi quę gentes timent.
hoc præcipit alibi propheta noster admonens cauendū
homini ne suspiciens solem lunam & stellas colat ea quę
deus creauit in ministerium cunctis gentibus. Quod si in
eum sensus quis non accipiat quasi illa seruiant nobis uti
ignobilia et mortua corpora: significari tamen intelli-
gamus auctorem aut dnām naturę nostrę eam substantiā
esse non posse: cuius uel altera pars ēt uilior aliqua parte
quę sit in nobis ignobilior inueniatur. Neque enim in ope-
re perfecti9 aliquid esse aut potest aut debet his quę sunt
in opifice. Illum igitur timeamus amemus et ueneremur.
In quo ut inquit Paulus creata sūt oīa siue uisibilia siue ī-
uisibilia: Quod est principium in quo fecit deus celum &
terram: hoc autem est Christus. Ipse enim percunctatus
quis esset optime sui gnarus respondit. Ego principium q̄
loquor uobis. Quare neque stellarum imagines in metal-
lis: sed illius idest uerbi dei imaginem in nostris animis re-
formemus: Neque a celis aut corporis aut fortunę quę nec
dabunt: sed a domino celi domino bonorum omnium cui
data omnis potestas in celo et in terra et pręsentia bona
quatenus bona sunt & ueram eterne uitę felicitatem que-
ramus.

**EXPOSITIO TERTIA DE MVNDO ANGE
LICO ET INVISIBILI.**

PROHEMIVM Tertii Libri.

Actenus de celesti mundo pro uiribus nostri ingenii
mysteria Moseos reuelantes disputauerimus. Nunc
autem quis dabit mihi pennas sicut columbe pennas de
argentatas et rutilas pallore auri: et uolabo in superceleste
regionem ubi uera est quies uera pax uera tranquillitas:
pax utique quam hic uisibilis et corporeus mundus dare
non potest. Reuelate uos oculos meos ultramundani spi
ritus et contemplabor miracula uestre ciuitatis: ubi repo
suit deus timentibus se: que nec uidit oculus nec auris au
diuit neque cor cogitauit. Cum autem de hac natura angeli
ca et inuisibili ab hebreis ueteribus multa: multa ite a Dyo
nysio tradantur erat consilium Moseos uerba exponere
iuxta doctrinam utriusque familie. Sed quoniam que ab he
breis dicuntur cum sint inusitata apud latinos intelligi a
nostris hominibus facile non possent nisi a gemino quod
aiunt ouo exorsi plurima et fere omnia ueteris discipline
hebraice gentis dogmata enarraremus: Cogitavi differere
dum donec de his alibi latius scripserimus: & nostratibus
notas fecerimus illorum opiniones: ubi quantum egypti
is monimentis: quantum platonice philosophie: quantum
catholice ueritati consonent examinantes: sicubi quidem
concordabunt nobiscum iubebimus hebreos stare in an
tiquis patrum suorum traditionibus: sicubi dissonabunt
instructi catholicis regionibus impressionem faciemus in
eos. Denique quicquid alienum ab euangelica ueritate
deprehendemus confutabimus pro uirili: quicquid

Dionysius

Antiqua dogmata he
breorum

Dyonisius
Paulus
Hierotheus

Vnitas

*profunda
comparatio unitatis
ad deum*

Numerus

Amathematicis ascen-
sus ad diuina

*etiam statim hunc
precipuum*

Angelus

sanctus et uera synagoga ut ab iusto possessore ad nos legitimos israelitas transferemus. Interea Dyonisii ue-
stigiis insistentes aut Pauli potius et hierothei quos ille e-
sequutus conabimur tenebris legis quas auctor legis spi-
ritus dei posuit suum latibulum pro nostra imbecillitate lu-
cem in uehere. Caput primum
¶ Quicquid est post unitatem numerus unitate perfectus &
consumatus est. Sola unitas omnino simplex a se perfec-
ta non egreditur se: sed in diuidua simplicitate & solitaria
sibi coheret: quia superest sibi nullius indiga plena suis di-
uitiis. Numerus sua natura cum sit multitudo unitatis bene-
ficio fit simplex quantum ipse simplicitatis capax quicquid autem
numerus quisque quo magis ab unitate fit procul in maiorem
semper incidat multitudinem plusque in eo dissimilitudinis
plus partium plus compositurum sit nullus est tamen ita u-
nitati proximus qui multitudo non sit aduentitiam habens
unitatem unaque non natura: sed compositione. transfera-
mus haec ad diuina more Pythagorico. Solus deus qui a
nullo a quo sunt omnia simplicissima essentia et indiuidua
est. quicquid habet a se habet: eadem re qua est eadem
sapit eadem uult eadem bonus eadem iustus. Neque res
aliquam intelligere possumus qua ipse sit praeter quam ipsum
esse quod ipse est. Cetera non illud id est ipsum esse: sed il-
lo sunt. Igitur angelus non est ipsa unitas: alioquin deus
esset: aut plures essent dei quod concipi ne potest quidem.
Quid enim erit unum si ne ipsa quidem unitas una? Re-
liquum ut angelus numerus sit. Quod si est numerus alia sui parte
multitudo est alia multitudo una. Est autem omnis numerus eatenus
imperfectus quatenus multitudo: perfectus autem quatenus unus.

et lege

Quare quicquid in angelo imperfectum est angelicę mul-
titudini: quam inde habet unde est numerus. i. creatura: &
quicquid perfectum est accedenti unitati quam inde habet
unde deo coniungitur adscribamus. Imperfectionem in an-
gelo duplicem inuenimus: Alteram quia non est ipsum ef-
se sed essentia tamen cui participatu esse accidit ut sit: Alte-
ram quia non est ipsa intellectio sed aduenit ei ut intelligat:
Cum ipse sua natura intellectus sit intelligentię capax. Pe-
det autem secunda ex prima: quoniam quod ex se non est utique ne-
que intelligit ex se: cum ibi esse nihil possit ubi non est ipsum
esse. Vtrunque igitur horum euenit angelo qua multitudo
est. Reliquum ut absolutio illi & consumatio ab acceden-
te desuper fiat unitate. Deus autem unitas: unde ad ange-
lum & esse & uita & omnis perfectio deriuatur. Quem
admodum autem duplex est imperfectio quasi duplex mul-
titudinis ita duplicem intelligamus unitatis accessum ut utra-
que perficiatur. Prima ea est qua est essentia rudis ac in for-
mis expers uite & esse. hæc est terra inanis & uacua quam
& deus creauit: Ne forte crederes ut quidam crediderunt
formationem tantum essentię pertinere ad opificem non
autem et creationem. Simul cum terra creauit et celum. i. actum il-
lius essentię participatamque unitatem in multitudine hoc
est ipsum esse: Vt sit quasi eadem creatio celi & terrę ut
pote comparis complexus et duarum ad idem simili ne-
xu conuenientium naturarum. Nec dissone a ueteribus ip-
sum esse participationem diuinitatis uocamus celum:
quando & mundum archetypum Zenophanes spheram
appellauit & Saraceni quin immo et nostri deum circu-
lum uocant.

Terra inanis

Zenophanes
Saraceni

Caput secundum

Tenebrę
Abyssus

Cur super faciem abyf-
fi non super abyssum.

Spiritus domini

Fiat lux
Dies unus
Auerrois

Est angelus per ea que diximus iam suam naturam per-
fecte adeptus intellectualēq; proprietatē. Verū non dū
hī unde sua munera impleat intelligendi. s. & cōtēplandi
nisi a deo prius formis intelligibilibus uestiat. Propterea
adhuc sunt tenebrę super faciē abyssi. Abyssus intellectu-
alis proprietas est profunda queq; penetrans & p̄serutās.
Super hanc tenebrę sunt: donec spiritaliū notionū quibul-
oīa uidet et intuet̄ radiis nō illustrat̄. Scriptum est aut̄ su-
per faciē abyssi non super abyssum: quia idem locus te-
nebrę & lucis. Lux aut̄. i. species intelligibiles faciez tenēt
.i. extrema angelici intellectus q̄a accidentales ei sunt qua-
litates non ad ipsius essentiam spectant. Quid autem me-
diū intercedat priusq; tenebra depulsa oboriat̄ lux statim
annectit̄ dicens. & spiritus domini ferebatur super aquas.
Domini spiritus quid erit potius q̄ spiritus amoris? Neq;
enim spiritū sciētię ita proprie domini spiritum dicem⁹.
Quoniam & sciētia quandoq; abducit a deo. Amor au-
tem ad deū semper adducit. Hic nisi super abyssum il-
lam feratur non fiet lux. Quoniam quemadmodum non
implebitur luce oculus nisi ad solem conuersus: ita neque
angelus spiritali luce impletur nisi conuertatur ad deū
Motus autem hic conuersionis neq; ē neq; esse aliud pōt
in natura angelica q̄ motus amoris. Erat igit̄ spiritus dñi
amatorius spiritus sup abyssū. i. sup angelicū itellectū (itel-
ligentiā. n. amor cōsequit̄) quo duz acta et excitata ange-
li mens ad deū conuertitur: Dixit deus fiat lux & facta
est lux in angelo lux scilicet formarum intelligibilium &
fuit ex uespere et mane dies unus: q̄a ut probat Auerrois

ex intellectu & intelligibili fit magis unum q̄ ex materia.
& forma quā ut idez affirmat: et scribit etiā Moses egyp
tius longe magis in angelis q̄ in homine uerz deprehendi
tur. Cuius ut illos obmittamus hęc nobis satis sit ratio q̄
species angelicę menti indiuidua copula non ut humano
intellectui accidit uaga & trāslatitia perpetuis nexibus u
niuntur.

Caput tertium.

Vidimus creatam a deo naturam angeli: eandē ad deū
conuersam spiritu amoris: tum ab eo illustratā & absolutā
luce intelligibiliū rationū. Videamus nunc quo inter se or
dine angelici exercitus distinguunt. Legimus aut posuit
firmamētū in medio aquarū ubi tres nobis angelicę hierar
chię (sic .n. eas semper usitato uocabulo appellabimus) in
dicant. harū prima et ultima per aquas designat: illa per
supercelestes: hęc per eas quę sunt sub cęlo: media illas di
uidens dicit firmamētū. Quę oīa si naturam trium hie
rarchiarū et officia pensitemus cōsonare Dyonisii doctri
nę magis nequeāt. Suprema hierarchia cuius ut scribit ille
soli uacet contēplationi merito per aquas figurata ē quę
super cęlos idest super omnem circa mundana siue cęle
stia siue terrena actionem sunt constitutę & deū perhem
ni sono indefinenter laudant. Medius autem ordo cum
fit cęlestibus officiis delegatus profecto non poterat con
gruentius q̄ per firmamentum idest per cęlum significa
ri. Postrema hierarchia et si natura supra omne sit cor
pus supraq; cęlum: curat tamen ea quę sunt sub cęlo: & cū
diuidatur in principatus archangelos & angelos omni
um horum operatio omnis circa ea est tantum quę sunt
subluna: principatuū circa res publicas & reges ac prin

Moses egyptius

ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὕδατος
ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὕδατος
ἐν τῷ μέσῳ τῶν ὕδατος

Firmamentum ī medio
aquarum

Aquę super cęlestes

Firmamentum

Aquę subcęlestes

cipes ut ex Daniele cognoscimus archangelorum circa my-
steria & sacras ceremonias. Angeli priuatis student rebus
& singuli singulis hominibus adhibetur. Recte igitur hic
sub celestis exercitus per sub celestes aquas est figuratus.
Qui & rebus preest fluxis atque caducis & illi ordini sub
est qui uersatur circa celestia.

Caput quartum.

Aquarum sub celestium
collectio ad locum unum
Paulus

Quid autem sit aquas que sunt sub celo colligi ad locum
unum dubium esset fortasse nisi hoc nobis Paulus decla-
raret apud quem de his angelis qui ad mundi huius obe-
unda munera mittuntur legimus esse omnes administrato-
rios spiritus in ministerium missos propter eos qui here-
ditatem capiunt salutis. Vnde possumus intelligere sub ce-
lestes has aquas id est angelicos exercitus ad unum locum
ad unius scilicet hominis bonum salutemque procurandas
congregatos pro qua & mittuntur ad nos et nunc secun-
dum quietem nunc etiam uigilantibus nobis aliis atque
aliis & formis & locis & temporibus apparent. Que sen-
tentia quo pacto sit accipienda tunc demum cognosce-
mus cum & quo pacto id sit neque quod dicit Moyses aquas
scilicet ad locum unum fuisse congregatas animu aduer-
terimus. Neque enim illud ita est uerum ut nusquam dis-
tinctis disclusisq; in locis aque inueniantur: cum indicum
mare ab hircano hircanum ab adriatico adriaticum ab
euxino: innumera preterea fluminum fontium lacuumque
fluenta longissima locorum inuicem intercapedine dispe-
scantur. Sed ideo ad locum unum congregatae aque dicun-
tur: quia particulares hec atque diuise aquarum collectiones
uel marine uel fluuiatiles omnes ut inquit Salamon ad pri-

marium mare tendentes in unum oceani locum uniuntur & coeunt. haud aliter est nobis de his angelis intelligendum: quod sub lunaria curant. Diuersis enim diuersi corporalibus rebus aliisque ab homine praesunt. Quoniam quemadmodum platonici: ita & nostri crediderunt uariis mundi huius corruptibilis rebus uarias spirituales substantias a deo perfectas. Quo circa et Augustinus nullam esse uisibilem rem apud nos cui non praesit angelica potestas: & corpora omnia per rationalem spiritum uita regi constanter asseruit: id quod & Gregorius postea confirmauit. Origenes similiter in commentariis in librum numerorum opus esse inquit mundo angelis: qui bestiis praesint & animalium natalibus uirgultorumque et plantationum & ceterarum rerum incrementis. In qua sententia cum esset & Damascenus credidit angelum qui peccauit ex his fuisse quod despiciatissime notae sint: & terrestri ordini praesint. Verum quemadmodum haec omnia infra hominem ad hominem referuntur: ita & omnis circa haec angelorum cura illi potissimum subancillatur & seruit operi & studio ut curent humana et nostrae auxiliantes imbecillitati efficiant: quantum quidem patimur ipsi ut pie atque feliciter uitam uiuamus. Quare et quid si bi uelit illa aquarum collectio statim Moses intulit ut terra det fructum herbas plantas & arbores. Quae autem haec terra est praeter eam de qua scriptum in euangelio quod alia quidem affert fructum centesimum alia sexagesimum alia trigesimum? Terra utique animi nostri: de qua Paulus haec uerba. Terra excipiens frequenter uenientem super se in brem si generet herbam opportunam his quibus colitur percipiet benedictionem a deo: quae uero spinas & tribus

Perfecti angeli
corporalibus rebus
Platonici

Augustinus

Gregorius
Origenes

Damascenus *de angelo
qui peccauit*

Terra de qua in euangelio *ananyas*

Paulus

los profert reprobā est & maledictio proxima: Cuius finis
in aduſtionē. Curemus igitur et nos det terra noſtra fru-
ctum in tempore ſuo: det quaſi herbas purgatorias uirtu-
tes: det ſcientiam et ſapientiam quaſi maiores frutices:
det abſolutam perfectamq; uirtutem quaſi libani cedros:
ut ſit finis eius benedictio non ſit aduſtio: Et audiamus di-
centem patrem. Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni
quem benedixit deus. Nec miretur quiſpiam aliud cælum
nobis & terram primo die ſignificare: aliud nunc firma-
mentum et aridam id quod etiam i ſuperioribus libris ob-
ſeruauimus: qñ et Origenes & Baſilius et pleriq; alii uolūt
aliud eſſe apud Moſem cælum et terram primo die: aliud
aridam et firmamentum die ſecundo.

Caput quintum

Fauent autem terrę huic noſtrę cęleſtes etiam uirtutes.
Poſita enim infirmamento et ſol et luna et ſtellę ut terrā
noſtram illuminent. Vide q̄ hęc Dionyſiacis myſteris ap-
te conueniant. Diximus de ultia hierarchia delegata cu-
randis rebus quę ſunt ſub luna id eſt humanis. Nunc de
media agitur: cui cęleſtium adminiſtratio demandata.
Neq; erit de tertia ſimiliter expectādu; ut dicat: de qua di-
cēdu; nihil præter ea quę dicta ſunt: eſſe ſcilicet eam ſup
cēlos id eſt ſupra oēz actionis motum ſupraq; rez oīuz mū-
danaruz adminiſtrationem contemplationi tm addictā.
hoc aut loco nec uiolētū nec alienū a ſacris litteris exiſti-
mem⁹ q̄ lunā et ſolē uocet nō q̄ uidem⁹ ſyōra ſ; rectores
lunę et ſolis angelicas uirtutes. Nā et ſcriptura cū dicit ho-
minē dei filiū fieri p̄ grāz: hūc nō itelligit quē uidemus ca-
ducū et fragilē: ſ; q̄ regit hūc ipm quē nos uidemus. & in

regum historia legim⁹ iuxta hebraicā litteraturā Salāmō
nē his uerbis orantē. Exaudi o cēlū: ubi nō cēlū tñ: sed cēli
ac terrē rectorē et dñz deuz appellat. Ita & nōs hoc ī loco
cū solē audimus et stellas nō sydera: sed sydes p̄sides
angelos itelligam⁹: q̄ cū ipsi sūt īuisibiles: īuisibiles ēt ter
rā illumināt: substātiā. s. aī n̄rī. Nec aut temerē aut uulgarī
ter dictū statuta illa ut illuminēt. Sed tā proprie tā cōsone
his q̄ attulimus: ut si nō aliunde: hinc certe expositio n̄ra
maxīe cōprobeť. Cū. n. (ut tradit Dionysius) tres sūt actio
nes angelicę: purgatio: illuminatio: & p̄fectio: sic sūt distri
buť: ut purget ultimus ordo supremus p̄ficiat. mediū autē
hic: de quo nūc agimus illuminet. Purgāt igit̄ trāz n̄raz a
quę īferiores: unde et nitida sub aspectū uenit: Purgatā cē
lestes illumināt. Sup̄cēlestes igneo quodā rore atq; uiuif
cō p̄ficiūt et fecundāt: ad tātā sepe feclicitatē: ut nō saluta
res iāz herbas sed ipsū germinet saluatorē: & nō una uir
tus sed Christus plenitudo oīuz uirtutum formeť ī nobis.

Caput sextum
¶ Seq̄t̄ dari ab elemtis hitatoz multitudinē pisces aues
& bruta: ubi me magnę p̄fecto angustię tenuissēt quales
nusq̄ alibi ī toto hoc n̄ro ope: nisi p̄stō mihi esset & Esa
ias apud quē alata legimus Saraphim: et Ezechiela p̄o quē
si hebreis credimus & aues et bruta sp̄itales ēt nobis substā
tias idicāt: nisi accurrerēt suppetiatū ueteres hebrei: q̄ oēs
hoc loco angelicā multitudinē īsinuari uolūt a Mose. Dī
camus igit̄ sectātes hoz uestigia redargui hic a prophe
ta errorē p̄hoz: q̄ crediderūt principales quidez aliquas ēe
substātiās intellectuales: sed negauerunt singulas ex illis
(qđ dicūt theologi) numerosę deinceps multitudinē ut le

Historia regum

Tres angeloz opatōes

Purgatio

Illuminatio

Perfectio

Vnitates angelicarum

legionum

in uerbo simon h

Daniel

in uerbo simon h
o d n g u
o i t a m u l l
c i b e t r o l

Iesus christus

in uerbo simon h
m u n o r g e l

gioibus duces. p̄cesse. Cū ergo nouē ordines angelicos cogitamus sitq; unusq; q; ordo suū ducē sortitus fingamus animō ducē illū et p̄cipē quasi maxia sphaerā tū sequacē exercitū quasi sphaerę illius hītores & ornamētū sicut ī a qua p̄ces ī aere auēs ī trā bestias ī sphaera octaua sydera cogitamus. & uerū erit illud Danielis decies milia assiste bant ei. & mille milia ministrabant ei.

Caput septimum

¶ Postremo hoīs meminit nō qā hō sit āngls: sed qā āgelicū mūdi finis et teri⁹ quēadmodū et o natura corruptibili agēs hoīez ēt attulit illius naturę: nō ptē sed p̄cipiū & caput. Quo fit ut ad tres mūdos tractatus hoīs ptineat ad eū q sibi est proprius et ad utrūq; extremū incorporeū. s. & elem̄tarē: quoz ita ē medius ut alteri⁹ finis: alterius p̄cipiū statuāt. Sed uideo paratū laqueū nrę expositioni: cū subiiciat p̄cesse hoīez p̄cesib⁹ maris auibus et brutis. Nā si illa nobis naturā āgelicā significāt: quo pacto ueg erit qd scribit p̄cesse hoīez illis quē deminutū ab angelis & sciūt phi & p̄pha testat. Adsit ille nobis et laq; cōterat q et cōtrūit Sathanā sub nrīs pedibus. Iesus xp̄us primō genit⁹ oīs creaturę. hic laq; profecto cōterit & nodū oēz soluit et abrūpit: qm nō solū ī eo ī quo tota diuinitas corporāl̄ hītauit adeo sublimata ē natura hūana ut hō xp̄s qua hō est si credimus Dionysio āgelos doceat illuminet & perficiat: tanto ut inquit Paulus melior angelis effect⁹ quanto differentius p̄ illis nomen hereditauit. Sed et nos omnes quibus data potestas filios dei fieri: per gratia⁹ eius dator est christus: supra angelicam dignitatem euehi possumus.

EXPOSITIO QVARTA DE MVNDO HV-
MANO IDEST DE HOMINIS NATVRA.

Prohemium Libri Quarti

Postq̄ de oībus mundi partibus deq; oī natura cele-
sti angelica et corruptibili tractatum satis a prophe-
ta ostendimus: reliquum (si promissi memores sumus) to-
tā itē lectionē de hoīe interpretari: hoc re ipsa cōproba-
turi: nullam esse in uniuerſo hoc opere orationem: quē uti
de tribus mundis de quibus actum superius ita de hoīs ēē
natura: recōditos sensus et ueritates altissimas nō cōplec-
tat. Nec minus fecerimus operepretiū si ī hac quarta ex-
plicāda enarratiōe diligētes fuerimus q̄ factū ī supiorib9.
Quā utilis. n. hoī q̄ necessaria sit sui cognitio (ut prēterea
litterā delphicā (ita ē a Platone ī primo Alcibiade demō-
stratum ut nihil fecerit reliquū posterioribus qd̄ sup hac
re quasi nouum afferre tēptarent. & profecto improbum
ac temerariū illius studiū: q̄ adhuc sui ignarus adhuc ne-
scius an scire aliquid possit: rē tū: quē tam procul ab ipso
sunt: cognitionē sic audacter affectat. Redeamus igit̄ in
nos: et uideamus (ut ait propheta) q̄ta bona fecit deus aīe
nostrē. Ne si forsitan inſemet agnoscenda minus diligens
fuerit audiat patrē dicentē in canticis. Si te ignoras o pul-
cherrima mulier egredere et abi post uestigia gregū tuo-
rū. Videtis quē nos maneat pēna nrē ignorationis. Abe-
undum est enī: a prē. s. quā ab itionem et exheredatio seq̄-
tur: quā quid ī foelicius? Egrediendū item est: utiq; ex no-
bis. Neq; n. apud se est animus: qui se ipsū nō uidet. Qui
aut̄ se exit a se diuellit: quo quid acerbius? Eundum tertio
post uestigia gregū nrōz. i. post brutoz uestigia: q̄ sunt in

Littera delphica
Plato

Triplex pēna ignoratio
nis sui
Supra se
A se
Post se

nobis: de quibus in expositiōe satis dicemus: quo quid mi-
serius? qd despiciatius et cōtēptibili9: fieri. s. pedisse: quos
bestiarū quaz nos duces natura statuerat. Igit nō post bru-
torū s3 post Moscos uestigia incedentes īgrediamur nos
ip̄os: ingrediamur animi penetralia ip̄so nobis propheta
aditum referante: ut & in nobis cum mundos omnes tum
& patrem & patriam feliciter agnoscamus.

Caput primum

¶ Priusq̄ iuxta uerba ordinēq3 prophetę expositionē ac-
curatius digeramur oportet pręfari aliqua de hominis na-
tura obiterq3 dictiones aliquas exponere: ut totius dein-
de sensus apertior sit intellectus. Constat homo ex corpo-
re & anima rationali. Rationalis animus cēlum dicitur.
Nam et cēlum animal a se ip̄so motum uocat Aristoteles:
& animus noster (ut probāt platonici) substantia est se ip-
sam mouens: Cēlum circulus est: & animus itidem est cir-
culus: quin imo ut scribit Plotinus ideo cēlum circulus: q̄a
animus eius circulus est. Cēlū in orbem mouetur: animus
rationalis a causis ad effectus se transferens: rursusq3 ab
effectibus recurrens in cās raciocinatōis orbe circunuo-
lunt. Atq3 hęc quidē si singula essent enarranda his: qui ali-
bica non legerunt: non Moscos iam: sed Aristotelis Pla-
tonisq3 essemus interpretes. Corpus dicitur terra: quoniam
terrosa & graui substantia est. Quare et de humo factuz
ut scribit Moses homini dedit appellationem. Verum ī-
ter terrenum corpus et cēlestem animi substantiam opus
fuit medio uinculo: quod tam distantes naturas inuicem
copularet. huic muneri delegatum tenue illud et spiritale
corpuseculum: quod et medici et philosophi spiritū uocāt.

Animus rationalis
Aristoteles
Platonici
Plotinus

Corpus
Spiritus

Quē et diuiniore esse natura q̄ elemta et celo proportiōe
respōdere: Aristoteles scribit: hic lux nūcupat: quē cogno
minatio cōuenire magis nō posset phōz sentētiē et medi
corz: quoz oīuz cōis est cōsensus: esse illuz substātia maxie
lucida: & nulla re magis q̄ luce gaudere foueri et recrea
ri. Accedit q̄ quēadmodū oīs celoz uirtus (ut scribit Aui
cenna) uehiculo lucis ad trāz trāsfert: ita oīs animi uirt9:
quē celum uocauimus: oīs potestas uita. s. motus et sensus
lucido spiritu intercedente ad hoc corpus terrenum: quē
trāz uocauimus comeat et trāsfundit. Descendamus iam
ad uerba prophetę: apud quē primo uidemus creari celuz
et trāz extrema. s. nostrę substantię uim rationalem: et cor
pus terrenum quē postremo cuz fit lux. i. lucidus accedit
spiritus: sic uniuntur: ut ex uespere et mane. i. ex corporis
nocturna et matutina animi natura unus sit homo. & qm̄
(ut ostendimus) per hanc lucem omnis uitalis sensualisq3
uirtus ad terram nostram descendit: merito ante lucis nā
tale terra fuit inanis et uacua. Cui uitę motusq3 beneficia
nisi per internuntium lumen participare suum celum nō
poterat. Quare et statim causam adiunxit inanitatis: quia
.s. super eam adhuc tenebrę erant luce non dum exorta.

Caput secundum.

Sed restat adhuc quērendū qd illud sibi uelit. & spirit9
domini ferebatur super aquas. Traditur hic de aquis idi
screta et uniuersalis doctrina: quē die sequenti magis disti
guitur: cuz alias docet esse quē sunt super celum: alias quē
sunt sub celo: Quoz oīuz si uez sensum desideramus cō
sulamus ipsam naturam quaz noster propheta (ut sepe di
ximus) adamussim effigiat et representat. Factā uidimus

Anima sensualis

Ratio
Intelligentia
Iohannes

Intellectus diuinus
imparticipatus

Græci
Arabes
Hebrei

mentionem de triplici parte humane substantiæ videlicet
de rationali de mortali hoc corpore et medio spiritu.
Duę reliquę sunt. Nam inter partem rationalem qua ho-
mines sumus et omne illud quod corporeum est in nobis
siue sit crassum siue sit tenue et spiritale media est pars
sensualis qua brutis communicamus. & quoniam non
minor nobis cum angelis q̄ cum brutis communicatio
quemadmodum infra rationem est sensus: unde com-
mertium cum animalibus ita supra rationem intelligentia
est per quam dicere illud Iohannis possumus. Societas
nostra cum angelis est. Vides quid infra quid supra no-
stram sit rationem. Quod si ratio cælum dicitur (ut com-
bauimus) manifestum iā quę in nobis a quę supercælestes:
quę itidem subcælestes. Diuersa autem ratione utriq; par-
ti intellectuali. s. et sensuali aquarum congruit appellatio:
illi quia diuinarum illuminationu; radiis maxime peruiat:
huic quia caducis rebus et fluxis inhiat et delectatur. Cu-
ius diuersitatis satis nos admonet: cum hanc statuit sub cę-
lo ubi fluxa omnia atq; caduca: illam supra cælum ubi sin-
cere et perpetuę intelligentię administratio. Cuius igitur pri-
mo die spiritum domini incumbante; legimus aquis sint
q; a quę bifariam discretę utiq; de his aquis quę sunt sub
cælo dictum non accipiemus: quoniam super has non spi-
ritus domini: sed cælum potius defertur. Reliquum ut de
his dictu; sit quę sunt super cælum. Vnde nobis maximu;
dogma de anima refferatur. Intellectum enim qui est in no-
bis illustrat maior atq; adeo diuinus intellectus siue sit de-
us (ut quidam uolunt) siue proxima hōi & cognata mens
ut fere omnes græci ut arabes ut hebreoru; plurimi uolūt.

*Thom. Aquino
2a 2e 26
1a 2a 2e 26
1a 2a 2e 26*

Quam substantiam et iudei philosophi & Abunafar Al pharabius in libro quem scribit de principiis expressis uerbis spiritum domini appellauit. Nec factum sine causa ut priusq̃ hominem ex animo et corpore uinculo lucis cōstituisset huius rei meminerit: idest delationis spiritus sup̃ aquas: sed ob id factum ne forte crederemus non adesse spiritum hunc nostro intellectui nisi cum esset corpori cōpulatus. Quod et Moses egyptius et Abubacher arabs: & quidam alii falso crediderunt.

Abunafar

Moses egyptius
Abubacher

Caput tertium.

¶ Restat ut exponamus quid sit quod ait aquas quę sunt sub cęlo idest sensuales uires quę sub parte sunt rationali congregari ad locum unum. Manifestissimum autem hoc non omnino rudibus philosophię. Nam sensitiuę omnes uirtutes ad sensum quem ex re ipsa uocamus communē: hic autem si Aristotelem sequimur est in corde: uti flumina ad mare confluunt. Nec absurde dixerimus ab eo mari quinque corporis sensus: quos uidemus auditum uisum gustum tactum olfactum quasi quinque maria mediterranea diffusos intrare corporis continentem: quę aperta in tehetheto platonis sententia fuit. & quoniam ex perfectione sensitiuarum uirium quam ex hac ad suum fontem collectione intelligimus corpori quod uocamus terram & uita & salus & nutrimentum prouenit: recte: post illam aquarum congregationem terram inducit statim uiridem & florescentem. Prestiti enim a natura sensus omnibus mortalibus ad uitam corpori salutemq; procurandam: ut per eos cognoscant quę sibi noxia quę fa

Collectio aquarum ad
locum unum

Aristoteles

Plato

Alimentaria
Alimentaria tum cognita per appetentiam sensibus annexam
illa respuant hęc desiderent: postremo per coniugem po
testatem motricem fugiant mala utilia prosequant. Vi
det oculus cibum: olfaciunt nares: accedunt pedes: capiunt
manus: palatum experit. Quę oĩa ideo dicimus ut cognō
scamus apte cōiunctā stabilitate aquarū. i. sēsituiarū uiriū:
trę quę iamdiu nobis corpus significat ubereꝝ fœlicitateꝝ.

Caput quartum

At uero cum multis rationalis naturā et uiribus et potē
tiis distinguat de nuda eius substantia supra est dictum.
Nunc de ornatu atq; ut ita dixerim regia eius supellecti
le dicendum. Hoc est q̄ scribit posita in firmamento lu
nam solem & stellas. et quidē p̄i iuniores solem intellec
tum qui actu est lunam eum qui est potentia forte interp̄
tarentur. Sed quoniam nobis magna de hac re cum illis
controuersia nos interim sic exponamus ut qua parte ad
aguas superiores ad domini spiritum animus uergit prop
terea q̄ totus lucet sol nuncupetur: qua uero aguas inferi
ores idest sensuales potentias respicit: unde infectionis ali
quam contrahit maculā lunę habeat appellationem. So
lem hoc modo acceptum gręci platonici dianiam
lunam uero doxam pro suę doctrine dogmatis appella
rent. Quoniam autem dum a patria peregrinamur: & in
hac uitę pręsentis nocte et tenebris uiuimus ea parte plu
rimum utimur quę ad sensus deflectitur: unde & plura o
pinamur q̄ scimus: Cum uero dies futurę uitę illuxerit alic
ni a sensibus ad diuina conuersi superiori alia parte intel
ligemꝝ: recte est dictum hunc nostrum solem pręesse dici:
Lunam autem pręesse nocti. Itidem quia exuti nos mori

Platonici

pulebra

būdam hanc uestem unico solis lumine id contuebimur:
qd̄ i hac corporis miserrima nocte plurimis uiribus atq3
potentiis uidere potius conamur q̄ uideamus: id circo uni
co sole dies luceſcit: nox contra plurimas ſtellas cōponē
di. ſ. ui3 & diuidēdi rōcinandi itē definiendi & q̄ ſūt reli
quę: lunę quaſi minus potēti auxiliares corrogat & cōiūit.

Caput quintum

Hactenus de uiribus animi cognoscentib9. Nunc ad e
as ſe transfert quorū opus appetere irē v3 et libidinis. i. cō
cupiſcētię ſedes. has per beſtias deſignat et irrationale ge
nus uiuentiū: q̄a ſunt nobis cū beſtiis cōmunes: & qd̄ ē iſe
licius ad brutalē ſepe nos uitā impellunt. hinc illud calde
og: Vas tuū3 inhabitant beſtię trē. & apud Platonē i re. p.
discimus habere nos domi diuerſa ḡna brutorū: ut non ſit
creditu difficile paradoxon pythagoricū (ſi recte itelliga
tur) i probos hoīes migrare i bruta. Intus. n. atq3 in noſtris
adeo uiſceribus bruta ſunt ut non procul peregrinādū ſit
ut migremus ad illa. hinc fabulę Circeę et Theocriti il
lud: quos deę aspexerit uirtus. ſ. & ſapientia: Circeis po
culis labefactari nō poſſe. Sed uideamus q̄ horū brutorū di
fferentiam Moſaica lectio nobis inſinuet. Alia ab aquis
quę ſunt ſub cēlo: alia a terra producuntur. Aquę ut dixi
mus ſignificant ſenſualem partem quę eſt ſub cēlo: quia
ſub eſt rationi: & illi proxime famulatur. Terra eſt hoc ip
ſum corpus terrenum & fragile quo circundamur. Conſi
deremus igitur an ex affectibus quibus mouemur: alii ad
corpus: alii ad ſenſum interiorem: quem phantaſiam uo
cant philoſophi: magis attineant. Ad corpus ſpectare mi
hi uidentur qui uel ad cibum uel ad Venerem impellunt.

Caldei

Plato

Pythagorici

Theocritus

Circe

Nam hii nobis dati a deo tum ad tutelam corporis quod
nutrimus: tum ad liberorū procreationē: i quibus simus su
pstitēs cum in nobis ipsis occumbimus. huiusdem nos abu
timur allec̃ti plusq̃ decet uoluptatis illecebra: per gulā & p
libidinē curam carnis ut inquit Paulus facientes i deside
riis. In cuius uerbis id adnotandū non esse dictūz ne car
nis curā feceritis: s; ne feceritis in desideriis: quia. s. uten
dum illis ad necessitatem: non etiam ad uoluptatem: mul
to minus nostra felicitas in eis constituenda. hos ergo af
fectus per iumenta et feras intelligamus: qui terrē potiusq̃
aquarum foetus dicuntur: quia per crassioris huius corpo
ris membra et explentur et excitantur et nobis ad eius sa
lutem procurati a deo fuerunt: q̃q̃ illis fiant exitio: qui &
crapulis marcescunt et uenere dissoluntur. Ad aquas au
tem. i. sensum imaginationis affectiones illas referamus:
quē spirituales magis et nostrē potius cogitationis q̃ carnis
soboles dici possunt. Quod genus sunt quē ad honores
ad iram ad ultionem & cognatas hiis reliquas affectio
nes nos uocant. Necessaria hęc & utilia modice utentib9.
Iraſcendum. n. sed intra modūz. & ultio sepe opus iustitię:
& sua unicuiq; tuenda dignitas: nec recusandi honores: q̃
honestis artibus cōparantur. Quod ideo: dico ne cum hęc
bruta quē sensuales appetentias indicant deus creauit
creatisq; benedixerit: si sint mala ex sua natura credam9
cum manicheis a malo principio & non a bono potius de
o condita fuisse. Bona igitur illa omnia & homini neces
saria: s; nos inde ad ābitionē furorē excādelſcentiā super
biāq; excedētes: mala facimus nr̃a culpa: q̃ ille optim9 op
tima instituerat. Caput sextum.

Caput sextum.

Videte autē q̄ his quē diximus adamūssim conueniat q̄
subiicit factūz a deo hoīem ad suam imaginem ut p̄fē-
set piscibus auibus et bestiis q̄ tū aq̄e tū terra pduxerāt:
& quidem de homine iam supra disputabamus: sed nunc
primum in eo dei imaginem intelligimus: Vnde illi ī bru-
ta dictio et imperium. Sic & enim a natura institutus ho-
mo ut ratio sensibus dominaretur frenareturq; illius lege
omnis tum irē tum libidinis furor et appetentia: sed obli-
terata imagine dei per maculam peccati cepimus miseri
& infelices seruire bestiis nostris: et cum rege chaldeo di-
uersari inter illas humi procumbere cupidi terrenorum
obliti patrie obliti patris obliti regni & date in nobis in-
priuilegium pristinę dignitatis. Scilicet homo cum in ho-
nore esset non intellexit: sed comparatus est iumentis in-
sapientibus & similis factus est illis.

Caput septimum.

Verum sicut omnes in primo Adam qui obediuit Sa-
thanę magis q̄ deo: Cuius filii secundum carnem defor-
mati ab homine degeneramus ad brutū: Ita in Adam no-
uissimo Iesu christo qui uoluntatem patris impleuit et suo
sanguine debellauit nequitias spirituales: Cuius filii omnes
secundum spiritum: reformati per gratiam regeneramur
ab homine in adoptionem filiorum dei: si modo uti in illo
ita in nobis princeps tenebrarum & mundi huius nihil in-
uenerit.

Homericus carmen
Platonici annali

EXPOSITIO QVINTA DE OMNIBVS MVN

dis diuſim ordine conſequenti Prohemij libri quinti.

QUæadmodum Moſes ut ostendimus ſingulis in par-
tibus ſui contextus de omnibus ſimul mundis intellec-
tuali: celeſti: elementari: humanoq; differuit: imitatus natu-
ræ: imo nō artificē deū: q̄ i ſingulis mundis oēs cōplexus ē: ita
ad eiſdē naturę exēplū: quę proprias ſedes propria iura
& peculiareſ unicuiq; leges diſtribuit: propheta et nō mi-
rabili & pfecto diuinę artis magiſterio ſcripturā ſuā ita
diſpoſuit: ut q̄q; ubiq; de omnibus eadē facie eodēq; uerborū
uelamine diſputaret: peculiariter tñ ſingulis mundis ſin-
gulas ſui operis partes cōſequenti ordine adiudicaret. Quod
oſtenſuri incipiemus primā particulā de primo mundo .i.
angelico interpretari: tñ deinceps reliquas de reliquis au-
reā illā homericā catenā & platonicoſ anulōſ a uiua op-
ificis uirtute quaſi a uero lapide indomiti herculis appē-
ſoſ in Moſeoſ uerbis ſagaciter ſpeculanteſ.

Homérica catena
Platonici annuli

Caput primum
EDicuntur aut de natura angelica: quę purus ē intellectus: id
primū aīo cōcipiamus mēteſ eſſe quaſi oculos quoda-
m. Qd: in eſt oculus in rebus corporeis: id ipſū ē mēſ in gñe
ſpiritali. Oculuſ et ſi mixtura ſuę ſubſtantię intime aliqd lu-
cis poſſideat: ut uisionis tñ munere fungat̄ externa idiget
luce: i qua reſ coloreſ et differētiāſ ſpeculat̄. Nec ē ppea
q̄ ſua natura nō ſit uiſuſ: et ſi nō uideat niſi bñficio lucis.
Nam et aureſ: ne dicam in aīata: et reliquę om̄ſ corporis
partes colluſtrāt̄ luce: nec tñ uidēt. Id igit̄ uidēdi naturā
ſortitū ē & per eſſentię ſuę rationem eſt uiſuſ: quod recep-
ta luce uidere poteſt. Conſideremus hęc eadem in intellec-

tibus: Intellectus oculi sunt: intelligibilis ueritas lumen ē.
 & intellectus ipse intelligibilis cum sit intime aliquid lu-
 cis habet: Qua se ipsum potest uidere: sed non potest & re-
 liqua. Verum indiget formis ideisq; rerum: quibus uti ra-
 diis quibusdam inuisibilis lucis intelligibilis ueritas indu-
 bie cernitur. Nec propterea dicendum est ut per exēplū
 oculi declarauimus non esse illos natura intelligentes: at
 q; ex accidenti pari cum nostris animi conditione intel-
 lectualem proprietatem sortitos. hinc illorum manat sen-
 tentia qui intellectus appellationem deo indignam existi-
 mant. Quia si intellectum quasi oculum capimus qui nō
 ex se: sed lucis participatione uidet: cū deus sit lux (lux. n.
 est ueritas) & uisio actio sit qua oculus lucem attingit non
 eget deus hac operatione qui est ipsa lux: tanto a rege om-
 nium ignoratione q̄ angeli remotior quanto abest magis
 a tenebris lucis natura q̄ oculi. Sed redeam⁹ ad angelos.
 Oculus idest substantia intellectualis non omnino est sim-
 plex: alioquin aduentantis lucis compositionem non pā-
 teretur. hinc cōmune proloquium constare angelos ex ac-
 tu et potentia: q̄q̄ anxia est disputatio quid ille actus quid
 illa potentia: et quē ratio compositionis: quid item Auer-
 rois arabs uoluerit: cum utrumq; intellectum et eū q̄ actu
 & eū q̄ potentia est in oībus citra deū intellectibus esse di-
 xerit: sed sufficit nobis q̄tū attinet ad hūc locū cōis. sentē-
 tia ut eūq; accipiat. Hęc q̄ diximus oīa aperit nobis Mo-
 ses ī primo die. Partē. n. substātiā āgeli ī celū & terrā na-
 turā. s. actus et naturā potētē. Eadē aut res uti diuersas p-
 prietates: Ita & diuersa sit cognōia. Quare hic idez actus
 dū uti uirtus uisū oclō largiēs utq; potētē cōsūatio accipit
 dicit celū q̄ ea sit hītudine ad potētā: qua est celū ad trāz

pulchra expositio

*ad remota intellectus
plus dicit*

intellectus

*in angeli constituit
ex actu et pot.*
Auerrois

abyssus quid

Saraceni

Rursus qua lucis indigus est nec obire per se proprium munus intelligentiæ potest per aquas figuratur: Corpus luminis quidem capax sua tamen natura minime lucens. Est & alia ratio similitudinis quod iste actus potentiæ quam terram uocat: uti aqua terre proxime adest. Sed iam uerbis prophetæ congregiamur. Creauit deus cælum & terram: naturam actus et naturam potentiæ: ex quibus angelum conflat. et terra quidem idest potentia inanis est & uacua: inanis actu & uacua luce: quam non nisi aquis intercedentibus excipit: & quoniam circa idem fiunt contraria ad idemque pertinet hospitari lucem & tenebras: adiunxit Et tenebræ erant super faciem abyssi. Neque dixit super terram. Abyssus enim nihil est aliud (nisi uocabulo abutimur) quam aquarum profunditas. Super has aquas ferebat spiritus domini: spiritus utique qui ab apostolo Iacobo pater luminum dicitur: a quo mox super eas idest super angelicas mentes lux intelligibilium formarum exoritur. Quod intellexerunt forte & saraceni dicentes eductos angelos a deo de tenebris ad lucem adimpletosque æterna lætitia. Intelligentiam enim uoluptas consequitur: qua nulla maior qua nulla uerior nulla est permanentior.

Caput secundum

CHuic mundo proximus est cælestis. Cuius illa prima proprietas quod interstitium est utriusque mundi intelligibilis scilicet de quo nunc diximus: et sensibilis huius quem nos incolimus. Nec possumus mediæ alicuius naturæ essentiæ cui dentius indicare: quam si exprimamus quibus cōcludat extremis: quoniam quidem de extremis natura media temperatur. Maximam igitur de cæli conditione nobis scientiam ape-

rit: cum inter aquas & aquas idest angelicas & corrupti-
biles substantias medium celum non tam situs q̄ essen-
tię ratione positum dicit. Per aquas autem iam diximus i-
telligi formas: quę potentię quasi terre proxime adsunt:
essentiamq; perficiunt. Quemadmodum autem alia an-
gelorum alia elementorum terra: quia diuersa in utrisque
potentia: Ita alia atq; alia aquarum utrobique ratio idest
formarum est. Inter has uere medium celum inde diuinaz
uitam hinc corporationē: inde in corruptibilem: hinc ui-
sibilem substantiam: inde essentię firmitate: hinc loci mu-
tationem: inde quicquid idez est simplex & uniforme: hinc
quicquid uarium mixtum et dissimile habet: sic opificis p-
uidentia disponente sortitum est.

Caput tertium

Post hæc de elementorum integritate & positura & or-
dine nos breuiter admonet per collectionem aquarū ad
locum unum & præscriptas mari leges ne terram obruat.
Nihil est enim quod magis indicet esse in elementis præ-
ter corporeę bruteq; nature inclinationem inditas leges
ab intelligente causa: a qua et reguntur & suis in sedibus
detinentur: q̄ hæc aquarum repagula: quibus coercitus
occeanus: cuius ad totū se terre ambitum impetus ferret:
quemadmodum ignis totus toti aeri incubat quasi tamē
uirga admonitus pedagogi pedem refert: nec se ulterius
profert q̄ nostra salus et uita omnium animantium postu-
lat. hoc neq; ad materię necessitatem quę ad globi figurā
omnia potius elementa pariter inclinat: nec ad fortuitum
atomorum concursum: qualem somniat epicurus: nec ad

Epicurus

Straton

uim feminariam naturę mutę: ut ait Straton: ignare totius finis referri potest: sed ad solam finalem causam: ad quą dirigere solius est mentis & prouidentię intellectualis. Propterea factum ut & hic Moyses tractaturus de ordine elementorum huius tantum rei meminerit: & a prophetis totiens hoc quasi potissimum argumentum diuinę potentię & sapientię afferatur in medium. Hinc in prouerbis cum certa lege et giro uallabat abyssos. hinc illud qui circumdedit mari terminum suum: & apud Hieremiam Me ergo non timebitis ait dominus: qui posui harenam terminum mari. Et illud Terminū posuisti: quem non transgredientur: nec operient terram. Quoniam autem tota elementorum constitutio ordinatur admixta ea presertim quę sunt uiua: idcirco post terrę aquarumq; ordinem et firmamentum subiecit statim preceptum terrę ut germinaret plantas. cuius alioquin operis tractatus ad quintam potius diem spectabat.

Caput quartum

Postquam egit de sphaera celesti et elementari: propterea q; de tota integritate corporeę uniuersitatis: restabat dicendum de incolis & ciuibus (ut ita dixerim) ciuitatis huius mundanę cum celestibus: de quibus agendum primo quasi de senatu prefectisq; urbis: tum etiā terrestribus quasi de plebe & populo. Celestium igitur primo meminit: quę posuit deus in firmamento ut essent in signa & tempora ut lucerent in celo: et terram illuminarent. solem dico lunam & stellas. Altissime hic pertractandę essent quęstiones: et quę sibi singulę iustum uolumen exposcerent: quo pacto hęc sint sydera in firmamento: an uti partes eius

nobiliores: quod sentiunt peripathetici: an ut animalia in suis spheris: in aqua pisces iumenta in terra: quod Eusebius Medus & Dyodorus uolunt. Congressum hic item locus cum genethliacis sibi exposceret diuinandi per astra & prenoscendi futuros euentus scientiam hinc confirmantibus quod Moses sydera in signa posita a deo dixerit: scientiam non modo a nostris ut a Basilio: qui recte eam occupatissimam uanitatem uocauit: et ab Apollinario & a Cyrillo et Dyodoro acriter taxatam: sed quam et boni peripathetici respuunt et Aristoteles contempsit: & quod est maius et a Pythagora et a Platone et ab omnibus stoicis repudiatam fuisse auctor est theodoritus. Querendum hic etiam de natura syderum: de motu: de principatu: de lunę maculis de quibus omni syderali scientia aliquibus forte uideretur. Verum ad hęc si descendamus quę sint pulchra & digna cognitu: audiemus fortassis horatianum illud. Sed nunc non erat his locus. Quare ad opus hęc destinatum differimus: quo Aristotelem Platoni conciliantes uniuersam philosophiam pro uiribus tractandam examinandaque suscepimus.

Caput quintum
¶ Veniamus igitur ad Mosē: qui postquam de celestibus dixit: terrestrium animalium meminit ordine congruenti: quę uel aquas uel terram uel aerem inhabitant: sita men inhabitare aerem uolucres dici possunt. Nemo hic expectet aut exigat a nobis disputationem quo pacto corpora animalium ex elementis aut quid sint indita a deo naturis rerum seminari rationes: sit ne item uita brutorum de sinueducta materię: an a diuino potius principio

Peripathetici
Eusebius Medus
Dyodorus
Contra genethliacos

Basilus
Apollinarius
Cyrillus
Dyodorus
Peripathetici
Aristoteles
Pythagoras
Plato
Stoici
Theodoritus

Horatius
Concordia Platonis
& Aristotelis

*pro mittit librum de
gordia platoni*

Plotinus *in libro primo*

de anima

contra Gensetiacos

Basilus

Apollonius

Cyrtus

Diodorus

scriba

Arctus

Pythagoras

Plato

Stoici

Theophrastus

Tres generales differē
tię brutorum

Concordia

& Aristoteles

omnis uita proueniat: ut constantissime asserit Plotinus: quem mox latine legendum dabit in publicam utilitatem Marsilius Ficinus noster longioribus etiam argumentis illuminatum. Cui sententię suffragari fortasse uidebitur hoc loco propheta: cum postquam dixit: producant aquę reptile animę uiuentis. adiecit postea creauit deus omnē animam uiuentem: ubi non id duntaxat quispiam obseruaret: q̄ et aquę producant deo iubente: & deinde etiam deus producat. Verum et illud quod ubi de dei opere agitur scriptum est. creauit deus animam uiuentem: ubi autē de aquis non animam: sed reptile animę uiuentis: quasi a quis uehiculum potius animi idest corporis mixtio accepta referatur: deo autem idest diuino principio animę substantia: quę uitę datrix motus et sensus temperato iaz corpori extrinsecus illucescat. Sed de his alias. Inter animalia terrę tria memorat Moses. iumenta reptilia & bestias: in quibus tres differentias brutorum irrationalium: quib9 nec plures sunt: in commune nobis insinuat. Sunt enim bestię quę perfecta sunt phantasia medium inter irrationalia locum sortitę: erudiri autem ab homine aut mansuescere nesciunt. Sunt reptilia quę imperfecta3 habent phantasia media quasi inter bruta et plantas. Sunt iumenta: Quę & si carent ratione Disciplinę tñ humanę quoquo modo capaces cum sint: rationis aliquid participare uidetur mediam quasi sortita conditionem inter bruta et homines.

Caput sextum

omnia: dum plena formis & rationibus omnium rerum
omnia cognoscit. At uero quemadmodum deus non so-
lum ob id quod omnia intelligit: sed quia in se ipso uere re-
rum substantię perfectionem totam unit & colligit: Ita &
homo (quod aliter ut ostendemus alioquin non dei imago: sed
deus esset) ad integritatem suę substantię omnes totius mū-
di naturas corrogat & cōunit. Quod de nulla alia creatu-
ra siue angelica siue celesti siue sensibili dicere possumus.
Est autem hęc diuersitas inter deum & hominem: quod de-
us in se omnia continet: uti omnium principium: homo autē
in se omnia continet uti omnium medium: quo fit ut in deo
sint omnia meliore nota: quā in se ipsis: in homine inferiora
nobiliore sint conditione: superiora autem degenerent.
Sunt ignis aqua aer & terra per uerissimam proprietate
naturę suę incrasso hoc & terreno hominis corpore: quod
nos uidemus. Est pręter hęc spiritale aliud corpus diuini
(ut inquit Aristoteles) quod elementa: quod cęlo proportionē
respondet. Est pręterea in homine uita plantarum omni-
bus his apud eum quibus & apud illas muneribus fungēs
nutriendi augendi et generandi. Est sensus brutorum tam
intimus quā externus. Est celesti animus ratione pollens.
Est angelicę mentis participatio. Est harum omnium si-
mul in unum confluentium naturarum uere diuina posse-
sio: ut libeat exclamare illud Mercurii. Magnum o
Asclepi miraculum est homo. hoc pręcipue nomine glo-
riari humana conditio potest: quo etiam factum: ut serui-
re illi nulla creata substantia dedignetur. Huic terra & e-
lementa: huic bruta sunt pręsto et famulantur: huic mili-
tat cęlum: huic salutem bonumque procurant angelicę mē-

Mercurius
Suprema hoīs dignitas

tes: si quidem uerum est: quod scribit Paulus: esse omnes
administratorios spiritus in ministerium missos: propter
eos qui hereditati salutis sunt destinati: Nec mirum alicui
uideri debet: amari illum ab omnibus: in quo omnia suum
aliquid: immo se tota & sua omnia agnoscunt.

Paulus

nota per hunc

Caput septimum

Homini mancipantur terrestria: homini fauent cele-
stia: quia et celestium & terrestrium uinculum & nodus est
nec possunt utraq; hec non habere cum eo pacem: si mo-
do ipse secum pacem habuerit: qui illorum in se ipso pa-
cem & foedera sancit. At caueamus queso: ne in tanta di-
gnitate constituti non intelligamus: Verum illud antea
culos semper animi habeamus uti et certam & explora-
tam & indubiam ueritatem: sicuti fauent omnia nobis ea
legem seruantibus que nobis est data: ita si per peccatum
per legis preuaricatione de orbita defecerimus: omnia ad-
uersa ifesta inimicaq; habituros. Rationabile enim ut
quemadmodum non modo nobis: sed uniuerso quod in
nobis complectimur: sed auctori ipsius mundi omnipote-
ti deo iniuriam facimus: experiamur etiam omnia: que in
mundo sunt: et deum in primis potentissimos uindices &
accepte iniurie grauissimos ultores. Hic extimemus: quae
poene que supplicia maneant transgressores diuine legis.
Hi sunt: qui *(ut dixit oraculum)*

*armant deo omnes
creaturas q. inferat*

zulus I

id est qui pergunt circa terram et circa pontum & infestantur sub uerbere dei. hos celum. hos terra: hos tota mundana rei. p. inconcussa iustitia fulminat et persequitur. Rei sunt enim uiolatae uniuersitatis: & lese maiestatis diuine: Cuius imaginem foedissima iniquitatis macula deturparunt. Hinc factum fortasse: ut apud prophetas cum quid a deo aut preceptum aut uetitum promulgatur citentur celum et terra testes. scilicet quia & precepti transgressio illa etiam uiolet: & de communi accepta contumelia ipsa quoque de improbis dum deo ministrant poenas sunt acceptura. & omnino omnem insaniam superat adduci ut credamus cuius in ciuitate aliqua posito decorato summis honoribus licere in principem: in uniuersa rem. p. de se optime meritam impune delinquere: ac non potius dari illum torquendum statim et cruciandum litoribus & carnifici: aut totius populi consensu lapidibus obruendum. Sunt autem carnifices: Sunt litores in hac de re. p. improbi demones uilissimo ministerio addicti in poenam antiqui sceleris. hinc illud Pauli Tradidi illum Sathan in interitum carnis. hinc demonis ultoris etiam apud Orpheum cognominatio: si forte nostris minus credamus. Quemadmodum autem scelera hominum omnis creatura odit et execratur: ita recta illius uita & institutio omnibus grata est: omnibus placet. Neque enim (ut ita dixerim) non admitti in participatum et boni eius et mali omnia possunt: quae tam arctu nexu illi implicata et coniuncta sunt. hinc illud euangelicum: Si poenituit peccator exultare letitia omnes angelos: hinc mysterii illius aperta ratio: quod asconditum fuit a seculis: ut corrupta in pri-

orphant

mo Adā & de turbata de suo statu natura nostra per Chri-
sti crucem instauraretur. Scilicet nostra causa filius dei &
homo fit & cruci affigitur. Nam & congruum fuit ut qui
est imago dei inuisibilis primogenitus omnis creature in
quo condita sunt uniuersa: illi copularetur unione ineffa-
bili: qui ad imaginem factus est dei: qui uinculum est om-
nis creature: in quo conclusa sunt uniuersa. Nec erat si-
cum homine tota natura periclitabatur eius iactura aut
negligenda aut reparanda per alium q̄ per quem tota fu-
erat instituta natura.

convenient time and
earnings as possible

significans V.

Triplicem in rebus unitas

EXPOSITIO SEXTA DE MVNDORVM IN-
TER SE ET RERV OMNIVM COGNATI-
ONE Prohemium Libri Sexti.

Vestigium trinitatis

Triples in rebus unitas

Pater
Filius
Spiritus
Radix totius ordinate
caritatis

DEVS VNITAS EST ITA TERNARIO DI-
stincta: ut ab unitatis simplicitate non discedat. Est
trinitatis diuine in creatura multiplex uestigium. Nos hoc
unum dumtaxat hic attulerimus adhuc q̄ sciam a nemi-
ne allatum: q̄ quam in creaturis unitatez uidemus: dispar-
titam triplici ratione deprehendimus. Est enim primum
ea in rebus unitas: qua unum quodqz sibi est unum sibiqz
constat atque coheret. Est ea secundo: per quam altera
alteri creatura unitur: et per quam deum omnes mun-
di partes unus sunt mundus. Tertia atque omnium prin-
cipalissima est: qua totum uniuersum cum suo opifice qua-
si exercitus cum suo duce est unum. Adest trifaria hæc
unio unicuique rei per suam unam simplicem unitatez de-
ruiatam ab illo uno quod et primum unum & trinum siml
atque unum est: a patre inquam filio & spiritu sancto.
Nam et patris potestas omnia producat suam omnibus
largitur unitatem: & sapientia filii rite omnia disponens
omnia inuicem unit et copulat: & spiritus amor ad deum
omnia conuertens totum opus opifici nexu caritatis ad-
iungit. Quemadmodum autem ut magis intimus: Ita ma-
gis unus est nobis deus q̄ ipsi nobis: rursus una quęqz res
arctius sibi q̄ aliis mundi partibus iungitur: ita uniuersę
caritatis ordinē edocti si legē diuinā naturę tabulis inscrip-
tam sequi uoluerimus primo deum ipsum supra nos sup-
qz oia: secundo loco nos ipsos: Tertio pximu3 diligemus.

Propheta autem noster de ea unitate : qua unum quodq;
sibi est unum: tunc satis dixit: cum rerum omnium sigilla
tim naturam examinauit. De illa autem: qua deo unimur:
tractatu proximo agetur: Vbi de felicitatis summa dispu
tabimus. Reliqua ea est: qua diuersę partes mutuo fœde
re inuicem copulantur: de qua in pręsentia a nobis agen
dum est.

Caput primum

¶ Postquam igitur distinctas rerum naturas uidimus : &
separatis (ut ita dixerim) stationibus dispositas: ne crede
remus idcirco tantum ex his omnibus unum fieri uniuersum
quia singula a singulis (ut supra ostendimus) p sue
naturę conditione contineantur indicare in suo etiam cō
textu propheta uoluit: qui et quot modi essent : quibus na
turę rerum inter se inuicem copularentur non solum ad
curiosam hanc intelligentiam nos uocans: sed per hoc in
struens et demonstrans qua nos uia et ratione his: quę no
bis sunt meliora: copulari possimus. Cogitanti autem mi
hi priusquam accederem ad uerborum enarrationem
quot modi aut essent aut cogitari possēt: quibus res aliquę
inuicē uel affinitatem uel copulam nanciscerentur: et di
scurrenti per omnia dogmata philosophorum : quibus a
pueris insudaui: haud ultra quam quindecim genera oc
currerunt. Quę deinde accedens ad Mosē ita dilu
cide ita apposite sub indicata ab eo uidi: ut nusquā meli
us erudiri de illis quenquam posse crediderim.

Caput secundum

Essentia rei cuius est
Proprietas essentię
Forma: Subiecto
Trāsmutās: trāsmutato
Ars: materię
Cēlum: Terra
Terra: inanitas
Abyssus: Tenebrę
Spiritus dei: aque
Lux: corpora

¶ Statim igitur in prima die nescio breuius an dilucidius
quinq; modos complectitur: quibus coniungi aliquid ali-
cui potest. Quod enim alteri coniunctum est: aut eius esse-
tia est aut est essentię proprietās: aut inest ei uti forma sub-
iecto: aut eum attingit uel sicut transmutans id quod trāf-
mutatur: uel sicut ars subiectam sibi materiā. Similiter
quinq; a Mose legimus inuicem quasi comparata et con-
nexa cēlum et terram: terram & inanitatem: abyssum &
tenebras: spiritum dei et aquas: lucem & corpora. Primū
igitur coniunctionis modum de signat nobis terra inanis
& uacua: quoniā terra .i. materia sua natura inanis est: nisi
aliunde formis adimpleatur. Secundum indicant tenebrę
super faciem abyssi. Nam abyssus sua q̄de3 natura nec lu-
cidus nec tenebrosus: sed illius tamen naturaz tenebrę cō-
sequuntur nisi accedens lumen illas fugauerit: quēadmo-
dum et materię informitatem inanitatemque priuationis
tenebrę consequuntur: donec adueniens eas species expu-
lerit. Tertium ostendit lux oborta corporibus. Est enim in
eis lux uti forma in subiecto. Quartū cēlum et terra: quo-
niam non inheret terrę cēlum uti forma uel accidēs inest
rei quam perficit: s; cōiungitur ei uti efficiens patienti &
transmutans causa corpori quod transmutatur. Postremū
exemplum est spiritus domini: qui fertur super aquas. Ar-
tifex enim domini sapientia et spiritalis natura omnino
abiuncta a comertio corporis haud aliter iungi cor-
poribus intelligitur: quam ars: quę in mente est archi-
tecti: cemento lignis et lapidibus iungatur. Rursus
autem & hanc considera consequentię rationem: esse
terram ex se inanem domesticas habere tenebras: tum

proximę luci iungi per lucez celo: per celum substantię spi-
ritali. Sed uideamus qualiter hęc se habeant i nobis. Ter-
ra terrenum est corpus inane uita uacuum sensu: superq;
ipsum eum sunt tenebrę mors torpor in efficacia immobilitas i
sensatio: lux uita est: quę illuz uegetat excitat agit mouet
& sensus ^{preditum} capacem reddit: celum est animus fons illius lu-
cis: spiritus dei est intellectus lumen diuini uultus. & de
his hoc loco plura etiam q opus sit.

Caput tertium

Examinemus quid sibi Moses i sequentibus uelit: et ui-
debimus decem alios modos ab eo insinuari: in quibus
mutuam inter aliqua foederationem intelligamus. Propter
enim eos quos diximus sunt rursus et hi: quos numerabi-
mus: quoniam aut pars aliquid est alterius aut effectus: itē
si est pars aut pars indiuidua est a suo toto quo pacto &
sol et luna et stellę infirmamento sunt aut separabilis quę
admodum aque partes ab integritate sui elementi: ad qd
confluxerunt. Si est effectus aut a seminaria ratione intri-
seca pululat sicuti plantę e terra pululant: ipsi tamen suę
parenti affixę: & naturalibus uinculis ligamentisq; conne-
xę: aut ex suis principiis constat et conflatur: ut mixtum
ex elementis: Quo pacto ex aquis & terra animalium
corpora fiunt: aut causam habet extrinsecam: quę trifari-
am diuidi potest in efficientem exemplar et finem. Quo-
rum trium exempla habemus a Mose: dum et hominem
ds creat et efficit: & creat ad suam imaginem tamquam
ad exemplar: et bestię homini subsunt fiuntq; propter ho-
minem ut propter finem.

Caput quartum

Diximus de parte et effectu: eademq3 ratione de toto & causa. Respondent enim hę inuicem rationes. Sed neq3 impleuimus omnia genera cognitionis. Nam et de causa ea est reliqua species affinitatis: qua causa secundaria primarię obedit et adiungitur: sicut cum deus producit aque producunt: et hę qdem primo: quia proxima sunt causa: sed non aliter q̄ deo p̄cipiente quia causa primaria magis influit q̄ secunda. Similiter est finis secundarius principali appendēs et ānexus: quod sapiēter significat dicens posita sydera ut lucerent in cēlo et illuminarent terram. Neq3 enim bonum inferiorum primarius finis est cēlestium. Sed id primū intendunt: ut sibi luceant: Tum postremo ut et nos illuminent. Quapropter et apud Homerum cum auroram tum solem ī mortalibus primū tu3 & mortalibus exoriri ac lucem ferre legimus. Est item p̄ter hęc omnia et homo homini et leo leoni cognatus: & tamē leo neq3 pars neque effectus leonis est: si ab illo genitus non sit. hoc propheta significat: cum simul pisces: simul aues: simul bestias terrę colligit et adunat. Est ultima ratio affinitatis: quę est medię naturę ad extrema. Nam conuenit homo homini animal animalī: quia eandem participant essentię rationem uel spetialem uel generalem. At medium non eadē ē essentia qua et extrema: sed temperatum quoquo modo ex illis: ita ab utroque dissentit: ut cum utroque communicet. Quod indicatum nobis a Mo se: cū ponit firmamētū aquarū mediū diuidens sup̄ cēlestes aquas ab ags: quę sūt sub cēlo: ubi quę sit mediū natura sufficienter aperit: quemadmodum nos in prohemio primi libri et secundo capite quinti abunde declarauimus.

in fultis hęc et fuit
anorib in d. Amatoris

homerus

sup̄stiter

351 *capitulum* Caput quintum

Admonemur autem & hinc quid facto opus sit nobis: ut naturis melioribus uniamur: in quo uis tota & summa posita est nostrę felicitatis. Nam et docet nos prima dies tunc primum aquis depulsa nocte obortā lucē cū spiritus domini eis incubuit: Vnde illud Iacobi significatur. Omne optimum donum desuper esse a patre luminu3. Quod ne nostros cōmemorem: Ita confirmat Iamblicus: ut nihil quasi uel mediocre promittere sibi posse de se humanam natura3 uelit: nisi maiori. i. diuino numine sit ad iuta. Qd si est uerum et non modo a nostris: sed a philosophis etiā cōprobatum profecto omne studium nostru3 in eo esse debet: ut conuersi ad supera: quod fit per sacram religionem per mysteria per uota per hymnos preces & supplicationes: inde nostrę infirmitati uires queramus. Hinc platonice & Pythagorice disputationes a sacris precibus exorsę desinunt in easdem. quibus et Porphirius & Theodorus & omnes achademici nihil utile magis: imo necessarium homini esse uno ore confirmant. Indorum bragmanes & magi persarum nihil aggressi unquam leguntur nisi oratione premissa. Quę ideo gentium testimonia afferro: ut quibus a malo demone persuasum: ut gentibus potius credāt q̄ ecclesię: uel ab his discant quibus adhibent fidem neq3 ridendam neque in utilem neque indignam rem esse philosopho operam summere & quidem magnam atque assiduam in sacris precationibus in mysteriis i uotis in hymnis deo iugiter decantandis. Quę res si quod hominum genus et iuuat maxime et decet: illis presertim utilis et decora. qui studiis litterarum & contēplandi ocio se dederūt.

Iacobus

Iamblicus *nihil sine deo possumus*

Quid precipue obseruandum in uita

Quā utiles q̄ necessarie sacrę preces

Platonici

Pythagorici

Porphirius

Theodorus

Achademici

Indi

Persę

q̄ herosmus multiplici ratione orationis damnator

Quibus nihil necessarium magis q̄ ut quos in diuina idē
tidem mentis oculos intendunt: & uitę integritate depu-
rent: & petita per ferulam orationis desuper luce largius
illuminent admonitiq; proprię semper imbecillitatis cuz
apostolo dicant sufficientia nostra ex deo est.

Caput sextum

Rursum examinemus quid nos aque: quid terre dispo-
sitio doceat. Discamus a terra non edituros nos frugem:
quam parturimus: nisi inuadentis nos fluxę materię atq;
caducę impetum represserimus: depulerimusq; & e sedi-
bus nostris exturbauerimus irruentium in nos quasi aqua-
rum uoluptatum gurgites & torrentes. Discamus ab aqs
non prius illas existimatas idoneas piscibus procreandis
q̄ in unam totius sui elementi integritatem collectę fue-
rint. Nam neq; nos si diuulsi distractiq; ad diuersa fueri-
mus: si non toti collectis omnibus uiribus ad unam fere-
mur intentionem: sobolem dare aliquam dignam no-
stra diuinitate in lucem poterimus. Continetur au-
tem & hic altius mysterium: quemadmodum scilicet
guttis aque ea est fœlicitas: ut ad oceanum: ubi aquarum
plenitudo: accedant: ita esse nostram fœlicitatem: ut quę
in nobis intellectualis luminis portio est ipsi primo omni-
um intellectui primęq; menti ubi plenitudo: ubi uniuersi-
tas omnis intelligentię aliquando coniungatur.

Caput septimum.

At maximum illud omnium quod firmamenti nobis
doctrina significat: ubi uiuimus non posse aquas inferiores
superiorum aquarum beneficio aliquo locupletari: nisi cę

lo intercedente: quod inter eas medium est collocatum.
Ita nos animo proponamus extremorum copulam non
nisi per eam naturam fieri posse: quæ media extremorum
cum sit utrumq; in se complexa Ideo illa idest extrema i
ter se cõmode unit: quia in se ipsa illa per proprietatem
suæ naturæ prius uniuert. Admonemur hinc magni illius
sacramenti: quod gentibus stultitia hebreis scandaluz no
bis dei uirtus & sapientia est: non posse hominem deo cõ
iungi: nisi per eum: qui cum in se ipso hominem deo con
iunxerit uerus mediator effectus potest ita homines deo
annectere: ut sicut in eo filius dei hominem induit: ita per
eum homines dei filii fiant. Quod si uerum est quod dici
mus: non copulari extrema inuicem nisi per medium: id
autem uere medium dici: quod in se ipso iam extrema u
niuert: profecto si dispensatio illa ineffabilis in solo contin
git Christo: ut uerbum fieret caro solus et est Christus per
quem ad uerbum caro potest ascendere: nec est (ut recte
scripsit Iohannes) aliud sub cælo nomen in quo oporteat
saluos homines fieri. Quod diligenter aduertant qui cum
Christo se dicunt credere: communem tamen religionem
aut suam unicuique: in qua est natus: credunt sufficere ad
consequendam felicitatem. Non mihi non ipsis ratio
nibus credant sed Iohanni Sed Paulo sed Christo ipsi:
qui dixit. Ego sum uia. Ego sum hostium: & qui per me
non intrat fur est & latro.

Nō posse homines deo
coniungi nisi p Christū
deum & hominem

singularis expressio

Iohannes

EXPOSITIO SEPTIMA DE FOELICITATE QVAE EST VITA AETERNA

Prohemium Libri Septimi.

Duplex foelicitas

Quam uera & stabilis
theologorum opinio
de foelicitate superna-
turali Alexander

SI totius mundi gradus ordinem & naturarum sexta ab-
soluta expositione quasi sex diebus exegimus: Reli-
quum: ut septimo hoc tractatu quasi sabbato nostrae comē-
tationis de sabbato mundi et quiete creaturarum: quarum
naturam in superioribus instituiamus idest de earum foelici-
tate tractemus: aut (ut dicam rectius) tractantem Mosem:
ut uerum uatem futurorum omnium audiamus. Est autem
foelicitas (ut theologi predicant) alia: quam per naturam
alia: quam per gratiam consequi possumus. Illam natura-
lem: hanc supernaturalem appellant. De prima idest de
naturali satis dictum a Mose: quoniam rerum cognita na-
tura naturalem quoque earum foelicitatem cognoscimus.
Reliquum igitur ut doceat de secunda prophetam se po-
tius exhibens quam doctorem: quam cum scripsit Moses non dum
erat gratia: sed futura erat ut esset. Verum quam mihi uideor uide-
re sciolos quosdam dixerim an uappas potius & nebulones:
qui se uocant philosophos cum nihil sint minus: ridentes statim &
gratiam & foelicitatem super naturalem: quasi uana haec nomina et
aniles fabulae sint: uolui breuiusculam hac de re cum illis di-
sputationem sicuti prohemium facere septimi libri: rem & se-
orsum omnibus utilem et necessariam ualde operi: quod suscepimus:
ubi altissimis philosophiae radicibus nixae et stabilitate stare sententiam
theologorum dilucide comprobemus. Foelicitatem ego sic defi-
nio reditum uniuscuiusque rei ad suum principium. Foelicitas .n. est
sumum bonum: sumum bonum id est quod omnia appetunt: quod autem omnia ap-
petunt: id ipsum est: quod omnium est principium: ut Alexander aphrodi-

fiensis icomētariis primę phię et gręci iterpretes i Aristo
telis ethicen attestatur. Idem igit finis oīū quod oīū pri
cipium deus unus oīpotens & benedictus optmū oīū quę
aut esse aut cogitari possunt. hinc duę illi pręcipue appella
tiones apud Pythagoricos unum. f. & bonum. Vñ. n. co
gnominat: qua omnium est principium: quemadmodum
unitas principium est totius numeri: bonū aut: qua oīū fi
nis omnium quies et absoluta foelicitas est. Videre iā pos
sumus: si simus Paulo sollertiores: rationem duplicis foeli
citatatis. Foelicitas enim possessio atq; adeptio est huius pri
mi boni. Bonum hoc adipisci dupliciter possunt res crea
te: aut in se ipsis: aut in ipso. Nam & in se ipso hoc bonum
est super oīa exaltatū suę in habitans diuinitatis abyssos:
& per oīa diffusum in oībus inuenitur: hic quidem perfec
tius: illic iperfectius pro rerum conditione a quibus parti
cipatur. Vnde (ut scribunt poetę) Iuppiter est quodcunq;
uides: & Iouis oīa plena sunt. Vna quęq; igitur natura cū
in se deū habeat aliquo mō: qā tm̄ dei h̄t q̄tū habet & bo
nitatis (bona aut oīa quę deus fecit) reliquum: ut cum per
fectam omnibus numeris suā habet naturā: se adepta de
um quoq; in se adipiscat: et si dei adeptio: ut comprobaui
mus: est foelicitas: in se ipsa aliquo modo sit foelix. hęc est
naturalis foelicitas: quam et maiorem et minorem diuer
se res pro naturarum diuersitate sortitę sunt. Ignis res est
anima carens: participat autem deum multis rationibus.
Nam primo est: & unū quodq; q̄ est participatu dei est: q̄
est ipsum esse: ite3 qua ignis species certa et actus est: deo
est similis: qui prima species primus est actus: & du3 ignis
ignem producit diuinam foecunditatem: dum se intra ter

Gręci interpretes

Pythagorici
Duo dei nomina

Radix duplicis foelici
tatis

Quę sit naturalis foeli
citas

Quo pacto ignis deum
participat

Imperfectio naturalis
foelicitatis

Philosophorum de foe
licitate opinio

Academici
Alpharabius

minos sue continet sphaere iustitiam : dum nobis deseruit
beneficentiam pro sue nature modulo imitatur. Hec ignis
dum agit suam adeptus perfectionem foelix est quantum
capax ipse foelicitatis. Foeliciores plantę: quę præterea ui
tam: foelicia animantia: quę etiam cognitionem sortita
ut plus perfectionis ita plus etiam in se ipsis diuinitatis i
ueniunt. Optima omnium mortalium conditione homo:
qui sicut natura: Ita naturali foelicitate aliis præstat: prædi
tus intelligentia & libertate arbitrii præcipuis dotibus et
ad foelicitatem maxime conducentibus. Suprema inter
creaturas angelica mens et substantię nobilitate et finis
consecutione: cuius maxime particeps: quia illi et iuncta
& proxima est. At uero ut supra diximus per hanc foelici
tatem nec plantę nec bruta nec homo nec angelus deus:
qui est summum bonum: in ipso deo: sed in se ipsis attin
gunt. Quapropter et pro naturarum capacitate gra
datim foelicitatis ratio uariatur. Quare et de hac solum
loquuti philosophi foelicitatem uniuscuiusque rei in opti
ma operatione suę nature collocauerunt. & de angelis
quidem quos uocant mentes et intellectus: etiam si sum
mam illorum perfectionem hanc faterentur quod deum
intelligerent: cognitionem tamen dei: quam habent: ha
ud aliam statuere præter eam: qua se ipsos cognoscunt:
ut de deo tantum intelligant: quantum de dei natura in
eorum substantia representatur. De homine autem et si
diuersi diuersa senserit: omnes tamen intra humanę fa
cultatis angustias se tenuerunt: uel in ipsa tantum ueri ue
stigatione quod academici: uel in adeptione potius per
studia philosophię: quod Alpharabius dixit: foelicitatem

De foelicitate
hominis determinantes. Dare aliquid plus uisi Auerrois
Auicenna Abubacher Alexander & Platonici nostram
rationē i intellectu: qui actu est: aut aliquo superiore: nobis
tam cognato quasi in suo fine firmātes: sed neq3 hi hoīez
ad suum principium neq3 ad summū bonum adducunt.
Quas ego eorū disputationes atq3 sentētias. nec reprobō
nec aspernor: si de naturali se tm foelicitate dicere profi-
teantur. Certum enim per eam non posse hoīez aut ange-
los altius euehi q ipsi dicant. Quod uel hac ratione maxi-
me comprobatur: qm si nixum propria fortitudine nihil
supra se ipsum potest assurgere (alioquin se ipso esset uali-
dius) utiq3 nihil nitens per se ipsum ad foelicitate3 maius
aliquid uel perfectius sua natura assequi poterit. Sed dicāt
mihi philosophi si hęc in rebus sola foelicitas: cur uel ipsi
fatentur inter animalia solum hominem natum ad foelici-
tatem. Cum enim alia pręter hominem ad suos quoque fi-
nes perueniant: possumus dicere esse aliorum q hominis
minorem foelicitatem: at nullam esse quo pacto defende-
mus? Quin imo cum a fine a natura statuto reliqua infra
hominem nunq: homo fere semper exorbitet: uidebitur
nisi alio se priuilegio iactet infoeliciſſima omnium huma-
na conditio. Audiamus igitur sacros theologos dignita-
tis nostrę nos admonentes: & quę ultro nobis a patre libe-
ralissimo diuina bona pręstantur: ne quęſo ipsi crudeles in
nostros animos et male grati erga deum opificem reſicia-
mus. Diximus supra summam foelicitatis in dei esse adep-
tione: quod est summum bonum et principium omnium.
Dupliciter autem illam posse contingere: quoniam uel in
creaturis: quibus se deus participat: uel in ipso deo deum

Auerrois

Auicenna

Abubacher

Alexander

Platonici

Non posse hominem ui-
ribus propriis deo cō-
iungi

Astruit supernaturalem
foelicitatem

Quid differat superna-
turalis foelicitas a na-
turali

Naturalem foelicitatem
non habere rationem
uerę foelicitatis

Supernaturalis foelici-
tatis qui sint capaces
& quomodo

Exemplum utriusque
foelicitatis in corpori-
bus

assequimur. Ostendimus item: quod et ostēdemus: res cre-
atas non posse uiribus suis ad hanc postremam: sed ad il-
lam dumtaxat accedere. Est autem illa: si animaduerti-
mus: umbra potius foelicitatis quam uera foelicitas: quem-
admodum creatura: in qua deum attingis: non summa bo-
nitas: sed summę bonitatis idest diuinę tenuis umbra est.
Adde q̄ res per illaz se ipsis potius q̄ deo restituūt: nō id
assequutę: ut ad suum principium redeant: sed hoc tantū
modo ne a se ipsis discedant. Vera autem & consummata
foelicitas ad dei faciem contuendam quę est omne bonū:
ut ipse dixit: et ad perfectum cum eo principio: a quo ema-
nauius: unionem nos reuehit & adducit. Ad hanc ange-
li attolli quidem possunt: sed non possunt ascendere. Qua-
re peccauit Lucifer dicens: Ascendam in cēlum. Ad hanc
ire homo non potest: trahi potest unde christus de se qui
est: ipa foelicitas dixit. Nemo uenit ad me nisi pater meus
traxerit illum. Bruta autem & quę infra hominem nec ire
nec trahi ad illam possunt. Ideoq; solus homo & angelus
ad eam sunt facti foelicitatem: q̄ ē uera foelicitas. Pōt na-
por cōscēdere ī altū: sed nō nisi attractus radio solis: lapis
& corpulēta oīs substātia neq; radiū usq; quaq; admittēre
neq; p̄ illū tolli ī sublime potest. Hunc radiū hāc uim diui-
nam hunc in fluxum gratiam appellamus: quia deo & ho-
minem et angelum gratos efficiat. Habent autem philo-
sophi huius doctrinę manifestum exemplum in corpori-
bus. Corporum enim aliqua in rectum: aliqua in orbem fe-
runtur. Motus rectus: quo elementa ad proprias sedes ue-
hantur: figurat foelicitatem: per quam in proprię naturę
perfectiōne res stabiliuntur. Motio circularis: per quam

corpus adeundem unde abscedit terminum circunvoluitur: expressissima imago est uerę foelicitatis: per quam creatura ad idem principium redit: a quo processerat. Sed uide q̄ omnia utrinque conueniunt. In orbem non mouentur nisi immortalia & incorrupta corpora. Ad deum nō redit nisi immortalis et ęterna substantia. Elementa ut suos motus perficiant non alia indigent ui q̄ indito sibi a genitura uel grauitatis impetu uel leuitatis: quemadmodum etiam ad naturalem foelicitatem singula proprio impetu propria ui feruntur. At uero cęlestia et si idonea sint motui circulari non ipsa tamen sibi sufficiunt ad hunc motum explendum: sed diuino opus motore: qui illa uerset & circunvoluat. Denique sic perpetuę apta circuitioni illa corpora sunt: ut non facere eaz: sed suscipere possint. Haud aliter nobis atque angelis accidit. Tales enim sumus natura: ut non circumagere nos et reflectere: sed circumagi motrice ui gratię et reflecti in deum possumus. Hinc illud. qui aguntur spiritu dei hii filii dei sunt. Qui aguntur dixit: non autem qui agunt. hoc distamus a cęlo q̄ illud nature necessitate: nos p̄ nr̄a libertate mouemur. Pulsat enim assidue animus tuus spiritus motor. Si obaudias tibi relinqueris tuo torpori tuę infirmitati miser & infoelix. Si admittas statim deo plenus per orbem religionis ad patrem ad dominum deportaris: in eo uitam semper possessurus: in quo & semper etiam anteq̄ fieres uita fuisti. Hęc est uera foelicitas ut unus cum deo spiritus simus: ut apud deum non apud nos deum possideamus cognoscentes sicut & cogniti sumus. Ille enim nos non

etiam q̄ sunt

si ita habent principium motus possunt
non autem

per se operatio

Summa uerae foelicitatis

Casus demonis

per nos: sed per se ipsum cognouit: Ita et nos cognosce-
mus illum per ipsum & non per nos. Hec est tota merces: hec
est uita eterna: hec est sapientia: quam sapientes seculi non
cognouerunt: ut ab omni multitudinis imperfectione re-
digamur in unitatem per copulam indissolubilem cum eo
qui est ipsum unum. Pro hac foelicitate Christus orabat
ad patrem hoc modo. Pater fac quemadmodum ego &
tu unum sumus: ita et hii nobiscum unum sint. Hanc Pau-
lus sperabat dicens cognoscam non ex parte: sed sicuti
est: & si sperabat non ne iure dicebat Quis me separabit
a caritate Christi: & cupiebat dissolui ut cum Christo fie-
ret unum. Ab hac cecidit demon: quoniam ad illam a-
scendere non rapi uoluit: Ideoque illud amisit: quod habuisset
si permanisset. Ex hac radice notum quod fors infantium:
qui decessere non dum initiati. Scilicet apud se ma-
nent: nec suis bonis exuti: nec diuinis locupletati. Nobis
in alterutram partem cadendum: aut summam miseriae
aut summam foelicitatem. Quoniam qui in causa est ne
motorem recipiat: non solum in munem se facit gratiae: sed
& naturam uiuat: ad cuius integritatem hoc attinet: ut a-
gnitum spiritum querat non recuset. & proculdubio rec-
ta esse natura non potest: quod maioris boni propositi spes
aut reiicit aut contennit. Quare postquam Christus est
agnitus: si qui Christum non induuntur: non solum prima
foelicitate: sed et secunda id est naturali iure priuantur: quod
gratiam nolle non nisi corrupte est & labefactate natura.
Quemadmodum autem nos uiuentes sub euangelio: Ideo
Christum dei uirtutem & sapientiam in nobis recipimus:

quia uti iam datum humano generi amamus & retine-
mus: Ita & patres sub lege uetere illum recipiebant: cum
futurum aduentum et credebant indubie et sperabant a-
lacriter et ardentem desiderabant. Sed sicut non ut presen-
tem iam: sed ut futurum recipiebant: ita neque presentem
quasi iam spiritus inhabitantis nisi postquam aduenit fru-
ctum experti sunt. Cum post peractum in ara crucis in ef-
fabile sacrificium descendente ad eos Christo ab eo uti mo-
tore circumacti momento turbinis ad libertatem: & euec-
ti ad summam foelicitatis gradum fuerunt. Ad hanc foelici-
tatem religio nos promouet dirigit et impellit: quemad-
modum ad naturalem duce utimur philosophia. Quod si
natura rudimentum est gratie: utique et philosophia inco-
hatio est religionis: neque est philosophia quae a religione
hominem semouet. Recte igitur & nos cum a Mose: post
quam sex dies de natura sumus philosophati: septimo die
diuinis uacantes de supernaturali foelicitate dicemus.

substantia contra substantiam non substantiam
substantia substantiam substantiam substantiam
substantia substantiam substantiam substantiam

Caput primum

Duplex (uti ostendimus) supremam huius foelicitatis natu-
ra est capax: angelica et humana. Illa celum: haec terra di-
citur: quia angeli celum: nos terram inhabitamus. Et de ce-
lo non est quod dicat amplius: quia non angelorum: sed ho-
minum legem scripturus est. Ad homines igitur descen-
dens inquit. Terra erat inanis et uacua: et tenebrae erant
super faciem abyssi. Non creat deus inanitate: non creat
tenebras: Sed terra (inquit) erat inanis et tenebrae erant. Non
dicit haec fuisse creata: sed fuisse. Quod cur sit deum patebit si
cum cognouerimus quae haec inanitas: quae haec tenebrae sint.

Natura humana: q̄ terra dicitur angelis comparata: statim
ab initio: quia statim peccauit: inanis erat & uacua origina-
li iustitia: et peccati tenebris facies eius id est ratio obduce-
batur. Neque hæc fecit deus: sed hominis malitia: qui uo-
lens se his bonis priuauit: quibus illum deus ditauerat. Sic
naturę corruptę statim a propheta describitur: quę quo pa-
cto deinde adeo per Abraam per Moysen per prophetas
nouissime uero per unigenitum filium suum et pristinę di-
gnitati restituta: & ad summam foelicitatem parata fuerit
in sequentibus demonstrabit. Verum & quo tempore aq̄
obductę tenebris erant infectę scilicet primęis sordibus
notę originalis: spiritus tamen domini fouebat eas. Qd̄ ē
dupliciter intelligendum: & q̄ lumine diuini uultus quod
signatum est super nos id est lumine naturalis intelligen-
tię homines regebantur: & q̄ diuine tum prouidentię cura
humanum genus destitutum non erat: sed spiritus domi-
ni fouebat aquas spiritus ille: qui (ut ait apostolus) inter-
cedit p̄ nobis gemitibus inenarrabilibus et tunc assidue
cogitabat quo pacto illas a uenenis purgaret quibus anti-
quus serpens eas infecerat. & ecce statim iubet oriri lucē:
& orta est lux: Abraam scilicet ille sapientissimus funda-
tor primus uerę religionis. Primus: qui et naturę legem
absolueret: & de diuina lege meditaretur: Primus qui cul-
tum unius dei aduersus idola et gentes hominibus persua-
deret. Primus qui et tenebras erroris depellere: & ma-
lis demonibus qui principes tenebrarum dicuntur bellum
in dicere est aggressus: unde merito lux cognominatus.
Qd̄ q̄a et discipuli dñi oēs fecerūt oēs a dño lux mūdi sūt
appellati. Hęc est lux prima quę mundo affulsit: & inter

Abraam

demonum uerique dei religionem quasi inter lucem tenebrasque distinxit.

Caput secundum

Hunc sequuta est lex: quę merito cognomento dicitur firmamentum statim in sui exordio hoc ipso scilicet quod nunc tractamus annuntians nobis opera manuum dei (ut cecinit David: et opera manuum eius annuntiat firmamentum). Data igitur lex per angelum Mosi firmata uerbo dei: quę adhuc magis quam superior lux gentes ab israelitis id est in pietatem a pietate quasi aquas supercelestis ab aquis quę sunt sub celo discriminauit. Dicuntur autem iudei aquę supercelestes quia soli (ut inquit Hieremias) signa cęli nō timent: quę gentes timent soli non aut stellas aut cęlum: sed stellarum & cęli auctorem ac dominum & agnoscunt & agnitum colunt ac uenerantur. Gentes autem contraria ratione aquę sub celo sunt quando et demones caliginosi aeris incolas: quę regio supra aquas est: adorant & colunt: & uisibile cęlum sydera et planetas sibi deos ac dominos faciunt.

Caput tertium

Erat autem futurum: ut nisi maior aliqua uis & misericordia dei obstaret aquę quę sunt sub celo. id est idolis seruientes totā terram inuaderent & occuparent. Sic infectio totius mundi de prima macula: Sic sathanę ultoris imperium & ius in nos reos antiquę noxę & huiusmodi seruitutis potestate obnoxios postulabat. Sed benefica semper & salutaris prouidentia dei unam ex terrę partibus et si exiguam quantum iustitię leges patiebantur ab aquarum iniuria liberam esse uoluit. hæc est iudea uocata terra promissionis: quia et Abraę & posteritati a deo promissa fuit.

Lex Mosaica

*et opera manuum dei
annuntiat firmamentum*



Cui nostre expositioni propheta omnes astipulantur : a
 pud quos totiens gentium impetus in israelitas aquarum
 & maris incurfionibus comparatur. hinc illud eleuauerunt
 flumina uocem suam : & mirabiles elationes maris : & il
 lud sonuerunt et turbate sunt aque eorum : & non timebi
 mus dum turbabitur terra et transferentur montes in cor
 maris. & profecto non aliter iudeam intra haud magnę re
 gionis terminos conclusam circumuallabant gentes : q̃
 nunc terre hanc portionem utique modicam quam habi
 tamus undique circumuallat oceanus. Sed & pluribus in
 locis euidentissime in litteris christianis per aquas gentes
 designantur. Nam et scriptum est aque quas uidisti gen
 tes sunt : & cum dominus Iesus unum fecit ex aqua :
 quod in pharisei domo defecerat : figurate ut nostri scri
 bunt significauit aquas idest gentes ad eam fidem esse uo
 candas : Que apud iudeos apud quos fuerat antea impo
 sterum deficeret. Itidem in mysteriis tradunt idcirco a
 quam uino misceri q̃ aque .i. gentes sanguinem Christi p
 fidem crucis hauriant & combibant. Illa igitur pars asser
 ta a iugo aquarum dei prouidentia fuit : ut si reliqua ter
 ra obruta undis spiritualis nequitie inutilis & deserta erat
 futura nec idonea fructibus uere religionis : hec saltem ef
 fet : que luce suscepta quam protulit prima dies et rore ce
 li quod secunda statutum est idest doctrina legis ad uber
 tatem adiuta germinaret interea quasi herbas plantas &
 arbores iudicia cerimonias & bonos mores : donec cum
 temporis plenitudo uenisset ipsum etiam quod Esaias op
 tabat saluatorem felicissima germinaret .

Caput quartum

Et ecce iam temporis plenitudo. Si, n. numerus quaternarius plenitudo est numerorum non ne erit et dies quartus plenitudo dierum? Videte igitur quid nobis afferat quartus dies. Cælum secundo die firmatum idest lex sine sole ac luna ac stellis erat: capax quidem futuræ lucis: sed obscurum adhuc nec in signi aliquo lumine illustratum. Aduenit dies quartus: quo sol dominus firmamenti idest Christus dominus legis et lunaris ecclesia christi compar & sponsa: et qui multos ad iustitiam erudirent apostolici doctores in firmamento uti stellæ in perpetuas eternitates elucescerent ad eternam scilicet uitam mundum uocantes. Sol firmamentum non dissoluit: sed perficit: & Christus legem non uenit ut dissolueret: sed ut perficeret. Lux primi diei Abrahæ pientissimus uidit diem quartam: quæ est dies Christi & gaudius est. Vidit radium suæ lucis idest ueræ religionis: quem mundo intulerat per solem iustitiæ per lucem ueram illuminantem omnes homines in uniuersum orbem latissime diffundendum. Vidit Iesum christum splendorem paternæ substantiæ illucescentem his qui in tenebris et in umbra mortis sedebant: & principem tenebrarum principem mundi huius eiici foras: et de mentibus hominum exterminari. Hæc uidit et exultauit: uidit diem quartam et letatus est. Hæc dies quam fecit dominus. qua dominus homo fit qua deus habitauit in nobis: exultemus et nos et letemur in ea. Quam autem uera & solida sit nostræ ratio expositionis

Messias

Abrahæ uidit diem meum

Dogma hēbreorum

Moses gerundinensis
Diuus Hieronymus

Dies dei mille anni

in tribus milibus annis
dieb. una
Quo tempore Iesus ap-
paruit iuxta annales
hēbreorum

attendatis quēso Paulo diligentius christiani fratres. Vnde et uobis potentissima tela contra lapideum cor hēbreorum de armamentariis eorum petita subministrabuntur. Probabimus autem illud primum ex testimoniis iudeorum per opera diei quarti aduentum Christi nobis significari. secundo ostendemus nobis Messiam representari per nullam rem congruentius quā per solem: colligemusque euidētissime ex temporum ratione non uenturum in posterum Christum: sed Iesum ex nazareth filium uirginis promissum hēbreis messiam fuisse. Est inter decreta ueteris hēbraicę disciplinę per sex dies genescos sex mille annos mundi sic designari: ut sint quę hic dicuntur opera primi diei uaticinium eorum: quę primo mundi millenario futura erant ut contingerent: opera item secundi eorum quę in secundo: & sic deinceps eodem semper utrobique successio- nis ordine seruato: cui sententię etiam attestatur inter iu- niores Moses gerundinensis theologus primę celebra- tis apud hēbreos. Meminit & Diuus Hieronymus in ex- positione psalmi illius: qui Mosi inscribitur: uideturque opi- nio hęc fundamento precipue illi inniti quod mille anni (ut inquit propheta) unus dies sunt apud deum. Quartus igitur dies: si uera est hęc doctrina: uaticinium est eorum: quę 4^o millenario mundi euentura sunt. Age nunc ostendamus iuxta annales hēbreorum et quam approbant ipsi anno- rum supputationem quarto mundi millenario Iesum ap- paruisse. computant illi ab Adam ad diluuium annos mil- le quingētos quinquaginta sex: a diluuiio ad Abrahā ānos du- centos et nonagita duos: atque ita ab Adā ad Abrahā col- ligunt āni Mille octingēti xlviii. A genitura autē Isaac ad

ruinam secundi tēpli: q̄ fuit post xp̄i mortē numerāt ānos
circiter (neq̄. n. refeco ad uiuū) mille sexcētos sexagita.
Supputant enim ab Isaac ad exitu ex egypto annos qua-
dringentos et triginta: ab exitu ad templū quod Salamō
ēdificauit totidē fere. a Salamone ad tēpli desolationē per
babilonios annos quadringentos et. x. a tēpli instauratōe
sub Esdra ad hanc sub tito captiuitatē annos quadringen-
tos. xx. Itaq̄ si om̄s simul collegeris: cōputabis a mūdi e-
xordio ad xp̄m iuxta ipsoꝝ hebreoꝝ mētē annos tria mi-
lia q̄ngētos et octo: ut et ī ip̄o quarti millenarii medio xp̄s
aduenerit & intra eiusedē millenarii quasi infra terminos
quarti diei et lunę. i. ecclesię lux toti mūdo affulxerit: et in-
numerabilis martyꝝ ap̄loꝝ doctoꝝq̄ multitudo q̄ itra q̄n-
gentos annos post Christi mortem omnes claruere: et fir-
mamenti. i. legis obscuritatem et nostrę noctis tenebras il-
luminauerint. At dicent hēbrei Esto per hęc tēpora Iesus
aduenerit. Non dum habes Iesum christum fuisse nisi ostē-
deris creditum a nostris futurum ut per ea tempora Chri-
stus ueniret. Bene res habet et equum postulant. & nos p̄-
stare facile possumus quod iure postulant. Manifesta enī
uulgata publica ap̄ eos ferunt Helię oracula citra om̄ē
figuram citra uelamen ex professo dicentia quarto mun-
di millenario uenturum Messiam: quę ne uel ficta uidean-
tur a me uel pro arbitrio interpretata afferam testimonia
ip̄orum talmutistarū: cum quibus nobis est controuer-
sia: qui et illorum faciunt mentionem et ipsa ueritate eoꝝ
gente fatentur pręteruisse tēpus ab Helia prędictū de Ad-
uentu Messię. Verba hęc sunt in particula quę inscribitur
Anodazara capite libne edcem.

*Am. 3508. annatione
v. 12. ad christum f. 12. 12. 12.*

Helię oracula

Talmutistę

hele oraculum inefugibile

*no p me mundi hehe
marulum*

alucato pils H

alucato pils T

Tana dbe elihau seseth alaphim sana haue haolam. Se
ne alaphim tohu: usne alaphim thora: usne alaphim le
moth hamas sili uba hauonothema serabu iafhu meon
maseias. hec sic latine interpretemur uerbis uerbo red
dentes. Dixerunt filii sine discipuli Heliq. Sex mille anno
rum mundus. Duo mille inane: Duo mille lex: Duo mille
dies Messiq. & pp peccata nostra que sunt multa preterie
runt de eis que preterierunt. Hec illi. Age nunc ipsis uer
bis ante omnium oculos propositis postquam nec com
metitium nec arbitrium ego quicquam afferre possum
discutiamus examinemusq; uerba oraculi & statim pro
positi compotes erimus. Sex mille annorum inquit est mu
dus: quod uel sic interpretemur Post sex mille annorum
curricula: quod etiam ex nostris multi crediderunt: confir
mationem mundi quasi sabbatu3 futuram: uel si quod est
uerius illa diem nemo nouit: in hunc sensum accipiam9:
de ulteriori scilicet tempore nullum in lege uaticiniu3 ha
beri: sed hoc ad propositam non attinet questionem. Vi
deamus quod sequitur. Duo mille inane Duo mille lex tu
messias. inane uocat(ur hebrei omnes interpretes dicunt)
tempus ante traditam a deo hominibus ulla lege3. Sed
uideo insultantem Iudeum dicentemq; si duo mille anni
sunt ante legem & duo mille legis uetus ergo Messias
non quarta die idest dum quartus agitur millenarius: sed
die potius quinta quia post quartum scilicet millenarium:
Sed enim responsio facilis: ut quam ueritas animosa sup
peditat. Quod eniz dicitur ab Heli duo mille inane. Duo
mille lex: haud sic accipiendum quasi integrum tempus
duo mille annorum futurus sit mundus absque lege: simi

literq3 duo mille annos permansura sit lex: sed q et tem-
pus legis nature ad secundum perueniet millenarium: &
tempus legis ad quartum usque perueniet. Sed et anteq
secundus exactus sit lex: & antequam quartus elabatur: e-
rit Messias. Quam ego expositione mihi ipse nec fingo
nec somnio: sed eaz me ipse Helias docet: ipsi met docent
et Talmutiste. Quod tibi etiam iudea aspis (nisi aures
occludas) mox erit manifestum. Inquit Helias duo mille
inane, & duo mille lex. Videamus in quem sensum fuerit
uerum quod dicitur de inani: indeq3 discamus rationem
exponendi id: quod dicitur de lege. Principium legis aut
a Mose accipimus aut ab Abraam. A mose accipi non po-
test quoniam fuisset inanitas supra quam per duo mille &
tercentos annos aut circiter. Totidem enim fere ab Adā
ad Mosē. Accipiendum igitur legis principiu ab Abra-
am: cui datum foedus circumcisionis totius: antiquę legis
radix & firmamentum: ab Adam autem ad Abraam si
suas consulant historias haud integrum spatium duo mil-
le annorum: sed mille dumtaxat octingentos quadragin-
ta octo effluxisse inueniunt. Quo fit ut non post secunduz
millenarium: sed intra eius terminos inanitati: legis pleni-
tudo succederet. Quare eadem ratione non post quartuz
millenarium: sed dum quartus ageretur inanitati legis: ple-
nitudo euangelica succedere debuit. quod si impudenter
etia3 et pertinaciter negare pertendant audiant suos thal-
mutistas nostram sententiam maxime roborantes. Faten-
tur enim ipsi iam tunc cum scribebant preterisse tempus
ab Helia predictu de aduentu Messie: idq3 suis imputant
peccatis. Quod si uerba Helie sic accipientur: ut post quar-

Talmut hierosolym
Talmut babilonim

Legis hebraice principi-
um fuit abraham

creatio 3608. and xps venit
Thalmut hierosolymi
tanum
Thalmut babyloniū

tum millenarium Christus esset uenturus non intra fines ipsius quarti: nec dixissent nec dicere potuissent Thalmuti se præterisse tempus promissi a prophetis Messie: quoniam quo tempore scripta est doctrina thalmutica: quæ nos attulimus: non dum a mundi exordio fluxerant anni quatuor milia. Apparuit enim ut supra ostendimus Iesus post annos a mundi exordio iuxta hebreos tria milia quingentos & octo. Scriptum autem (ut ipsi tradunt) thalmut hierosolymitanum trecentesimo anno post Christi mortem babylonium autem centesimo anno post hierosolumum. Quare utrumque intra fines quarti millenarii conscriptum est: & tamen præterisse tempus dictum ab Helia de Christo uenturo & fatentur et conqueruntur. Quo hic se condent aut quas latebras quærent: ut hunc nostrum solem ipsis inuitis per uniuersum illucescentem omnino fugiant omnino non uideant. Fatentur Thalmutiste (si non credunt ueteribus) prædicta a prophetis de aduentu Christi tempora præterisse. Fatentur creditum a prophetis uenturum illud per ea tempora: per quæ Iesum ipsi aduenisse uolunt. Nec sui doctores omnino non ueri sunt cum dicunt ob eorum peccata non uenisse Messiam. Neque enim illis uenit: qui cum non agnouerunt. Neque est Messias idest redemptor uindex pessime captiuitatis beneficis rex retributor terre promissionis idest supernæ hierusalē nisi hiis: qui messiam eum confessi sunt. Quod si in propria uenientem sui non receperunt non sunt iam sui: qui erant sui: sed ab ortu ueniunt & ab occasu qui in sinu Abrahe recumbant: filii autem dilectionis eiiciuntur in tenebras exteriores. Vnde & importuna eorum soluitur questio saluti fu-

curum Messiam hebreis: Christum autem exitio fuisse & perditioni. Neque enim sunt hebrei: qui promissum hebreis ex stirpe Dauid regem et dominum non modo non sequuntur aut colunt: sed quasi latronem quasi sacrilegum quasi prophanum per omnem iniuriam & contumeliam cruci affigunt. Si filii Abrae essent: perstarent in institutis Abrae: & cuius diem hunc scilicet quartum ille preuidentis gauisus est ipsi quoque gaudentes aduentantem exciperent. Attulit pacem Messias hominibus sed non omnibus. Neque enim dictum ab angelis simpliciter: & in terra pax hominibus sed adiectum hominibus bonae uoluntatis. Vtiq; idem sol: qui puros oculos illuminat egros & debiles caecat & obscurat. & recta sit ratio: ut qui bonis est salutaris: idem malis sit noxius: & qui amicos beat ut pote potens & non ingratus: Idem etiam hostes fulminet & disperdat. Si male euenisset iudeis suscepto Christo non fuisset Christus. Sed si male euenit crucifixo: utique fuit Christus: Qui de suis uictoribus etiam cruci affixus tunc cum maxime uictus apparuit tanta eorum cum strage & calamitate triumphauit. Quid igitur ceci solem expectatis? Adest sol & lucet sed lucet in tenebris & tenebrae uestrae illum non comprehendunt. Preterit dies quartus: quo ortus est sol: Qui non dissoluit legem sed perfecit: si cut neque sol firmamentum destruit: sed exornat: sed perficit: sed illustrat. Probaumus ex ordine diei quarti & tempore aduentus Christi intelligenda de eo quae hic dicuntur. Probemus idem ex figurae similitudine: quia per nullam aliam rem imaginari Christum congruentius pos-

pax hominibus bonae uoluntatis

Sol Christi imago

leo de tribu iuda in
sole posuit tabernaculum
suum
plato

sumus: q̄ per solem. Nam et in sole posuit tabernaculum suū: & exiit de tribu iuda: cuius signū est leo solare aīal: & cū solem in re. p. Plato uisibilem filiū dei appellet cur nō intelligamus nos imaginem esse inuisibilis filii. Qui si lux uera est illuminans omnem mentem expressissimum habet simulachrum hunc solem: qui est lux imaginaria illuminans omne corpus. Sed quid alia querimus? ipsum solem interrogemus: qui patiente Christo aduersa luna deficiens consensum nobis sue nature euidenter ostendit. Vt iure optimo nos: ne tangam altiore cām diem quaz uocant mathematici solis & diem domini uocauerimus: & illius cultui totam mancipauerimus. Vel hinc ostendētes non esse cur amplius corporeum solem (ut olim gentes) colamus quasi regem celi & dominum: postquam sol inuisibilis coeternus patri & coequalis: per quem & celum & terrā condita sunt sedentes in umbra mortis homines illuminauit.

Caput quintum

Sed iam examinemus an quę sequuntur opera diei quartum respondeant his quę post aduentum Christi euēnissē compertum est: ut tūc demū hāc nrām expositionē: ut uerā ut stabilem recipiamus: cum illi undique attestari & consonare omnia cognouerimus. Videamus quid fiat post diem quartum. Producent aque pisces et aues: producit terra pecora et iumenta. Reuocemus ad mentem quid superius per aquas diximus significari: quę sub celo locatę collectę sunt ad locum unum: quid item per ter-

ram: quæ ab illarum diluuiio facta est in munis. Diximus
per aquas gentes per terram israelitas figurari: quod &
multis euz testimoniis prophetarum tum similitudinis ra-
tionibus comprobauimus. Vidimus autem ante solis exor-
tum steriles aquas nihil producere: quod esset bonum: Ter-
ram autem feracem quidem: sed exigui fructus olerum sci-
licet atque herbarum. Post solem & aquæ maiori etiam q̃
terra fecunditate duo genera proferunt animantium
aues & pisces. Terra non iam contenta arboribus & fru-
ticibus & magna pecora et iumenta producit. Nonne ui-
detis me etiam tacente impletum uerbum boni Simeon
nis: ut esset hic noster sol lumen ad reuelationem gentium
& gloriam plebis israel. Nonne habemus sub oculis ex-
pressam si nihil aliter interpretemur & gentium uocatio-
nem & transformationem terrestris hierusalem umbrati-
lisque sinagoge in ueram ecclesiam: et perpetuam dei cœ-
lestemq; ciuitatem. Ante solis exortum aquæ nihil pro-
ducunt. Terra producit aliquid: sed tenue: sed exiguum.
Quoniam ante Christi aduentum apud gentes nullum
specimen uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis. Apud is-
raelitas fuit quidem uitæ spes aliqua & uiam lucis ex par-
te cognouerunt: & ueram coluerunt religionem: sed inco-
hatam: sed imperfectam donec ille ueniret: qui est uia ue-
ritas et uita. Et nisi ad hoc mysterium recurramus: afferat
mihi quispiam rationem: cur terræ ornatum et sobolem
ita partitus est: ut alia quidem ante solem protulerit: alia
autem post solem. Cur item ante solem nihil producant
aquæ: terra aliquid producit. Cur duo genera animantium

Simeon

ab aquis: unum dumtaxat genus a terra producit. Cur
auiis aereum animal aquis ascribitur. Nam (ut agamus de
primo) non satisfacit si dicamus quod qdā dixerunt her-
bas & plantas de terra educi ante facturam solis ne uirtu-
te eius creatę uiderentur. Nam multo magis eadem ratio
ne & pisces et aues & omnis elementorum ornatus debu-
it fieri ante solem: ne uirtute eius factus crederetur. Reli-
quisset igitur suspicionem Moses: & si ad plantas ut pote
imperfectiores produendas solis lumine opus non fuisset
fuisse tam ad animalia producenda: quę sunt perfectiora.
Consequens enim ut si illo non adiuuante perfectiora in lu-
tem uenissent: possent & sine illo fieri quę sunt minus per-
fecta: Non reciprocatur autem ratio ut si absq; eo fuerint
facta quę sunt ignobiliora ut pote plantę despicatissimum
genus uiuentium: potuerit etiam eius opera non interce-
dente produci omnigena animalium natura. Verius
igitur unde nos diximus auctoris consilium inuestigatur.
Similiter si dicat aliquis relata ad aquas animalia: quę in
aquis degunt: uidebit unū potius genus ad eas duo autē
ad terram fuisse referenda: quia auium terra potius q̃ a-
qua domicilium est. & citra omnem controuersiam si ani-
malis naturam consideremus aut terrestre aut aereum a-
nimal aui est: aquatile nullo modo est. Sed audite altissi-
mas omnium rationes ad christi ad ecclesię nos mysteria
uel inuitos trahentes. Et profecto si omnia (ut inquit Ari-
stoteles) uero cōsonant consonare omnia maxime chri-
sto debent: qui est ipsa ueritas. Qui non ab re non de ni-
hilo hebreis totiens dicebat Scrutamini scripturas: ipsę

que testimonium perhibent de me: & predicta de se tam multa: Immo omnia in lege in psalmis in prophetis asseuerabat. Sed cecutimus nos sepe ad tantam lucem: nec nisi reuelante eo oculos nostros considerare possumus mirabilia de lege eius. Veniamus eo nobis opem ferente ad mysteriorum figurarumque reuelationem. Duo ex aquis animalia: unum ex terra producit: quia maior fuit plenitudo credentium ex gentibus quam ex iudeis: Terra autem et si minus multa: perfectiora tamen producit animalia his que aque producunt iumenta scilicet & quadrupedia omnia. Quia et si plures ex ethnicis crediderunt quam ex hebreis perfectiores tamen qui ex hebreis: ex quibus apostoli fundatores totius religionis. Duo item genera diuersa duplicemque naturam aqua educit auium & piscium unam tantummodo terra: quoniam ex gentibus alii quidem de seruitio demonum: alii de lege nature ad Christum transferuntur. hebreus omnis hebreus: tantum quia non permissum illi uiuere intra terminos nature: cui data lex dei est peculiaris ei neque reliquis gentibus communis. Neque enim fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis. Significant igitur nobis pisces: qui a demonum cultu ad nos uenerunt non solum quoniam aque (ut supra ostendimus) figurant gentium impietatem: sed quoniam per hec que in aquis degunt animalia improbos demones significari sepe in sacris litteris attestatur Ionethes caldeus: Significant aues: qui de nature institutis ad gratiam sunt translati. Cuius manifesta ratio ex his: que in prohemio huius libri abunde

*pulchra applicatio ad
populum gentium et
iudeos*

alia pulchra

*Paulus
et nec tam facile
talium comparationem*

Ionethes caldeus

*angelus qui in gloria fuerat
confirmati*

scripsimus de naturali supernaturaliq[ue] felicitate. Ostem-
 dimus enim & celum expressissimum esse simulachrum
 supernaturalis felicitatis : & naturalem felicitatem se-
 cundariam quandam & imaginariam potius q[uam] ueram es-
 se felicitatem. Quare qui hanc consequuntur nature
 legibus utentes per aues congruentissime denotantur in-
 colas non primi & ueri celi : sed aeris : quod secundaria &
 imaginaria quadam ratione celi etiam sibi uendicat no-
 men. Vnde et uolucres celi & aues celi tam crebro in
 diuinis litteris appellantur. Videte autem q[uod] & profun-
 do factum consilio : ut non ad aerem : sed ad aquam aues
 referantur. Quoniam qui secundum naturam uiuebant :
 gentium tam et ipsi populus censebantur. Quippe qui
 & se gentes uocabant : & inter gentes uiuebant : quales
 fortasse & Socrates et plerique philosophorum. Prop-
 terea in commune utrumque genus ad aquas est relatu[m].
 Sed quantum euangelicę quantum apostolicę doctrinę
 hęc expositio cōueniat impromptu est ostendere. Quan-
 doquidem & conuersi ex hēbreis apostoli a Paulo per bo-
 ues terrestria animalia et a nostris doctoribus super euan-
 gelium : in quo uidentes de templo eiiciuntur : sunt figu-
 rati : et christus israelitas oues appellat. Apostoli autem :
 quibus mandata conuersio gentium : piscatores a domino
 sunt appellati : quorum princeps Petrus : qui Romę domi-
 nę gentium quasi oceani quasque cętarum piscator erat
 futurus. Christus autem : qui se dixit non missum nisi ad
 oues quę perierunt de domo israel : sibi non piscatoris sed
 pastoris potius nomen uendicauit.

Paulus
 Euangelium
 Christus

ipse dominus pastor
 petrus piscator dicitur
 iuxta pulchrum

angelus caritatis

Caput sextum

Manifesta etiam hinc dissolutio questionis: quæ diu tor-
sit interpretes huius libri: Cur secundo die non fuerit dic-
tū: & uidit deus quoniam bonum. Si enim dicamus quod
dici solet ideo factum quia opus aquarum eo die absolu-
tum non fuit: sed tertio in quo aquæ quæ sunt sub cælo cō-
fluxerunt ad locum unum haud plene uidebitur satisfac-
tum. Neque enim opus secundi diei proprium est dispo-
sitis aquarum: sed dispositio firmamenti: quod inter a-
quas medio loco firmatum est. Fuit autem eo die & fir-
mamenti factura: Cum dixit deus fiat firmamentum: &
distinctio aquarum: cum dixit et diuidat aquas ab aquis
satis absoluta. Aquarum autem collectio quæ dicta est
mare: & terræ reuelatio: & plantarum productio sicut
alterius operis omnino rationem habent: Ita & alio idest
tertio die ad quem spectabant consumatæ sunt. Quæ-
renda igitur ratio de altiori mysterio. Firmamentum (ut
supra ostendimus) legem figurat. Et erat firmamentum
uti in forme ita neque perfectum simpliciter donec sole
luna ac stellis fuit instructum. Quemadmodum neque
lex non quidem mala (ut dicunt manichei) sed neque
bona erat simpliciter idest perfecta: donec Chri-
stus uenit: qui legem impleuit. Si malum fuisset firma-
mentum: solem non recepisset: Si fuisset bonum: sole non
eguisset. Sed firmamentum eatenus bonum: quatenus
solis ceterarumque syderum erat capax: sicut eatenus bo-
na erat lex quatenus pedagogus nobis erat in Christo &

Cur secundo die non ē
dictum qm̄ bonum

R. p. p. p. p. p.

Manes. obmucet m

Lex autem que p
appellatur non bona
i. imperfecta q non
sunt diu mala

Veteres hebrei

Lex huiusmodi
ex parte sunt bona

multa permisit Moses ob duritiā populi : quē euangeliz
postea non permisit. Quod autem legem non possimus
appellare malam ut credidit Manes possimus tamen ap
pellare non bonam apertissime docet propheta : apud quē
deus de hebreis loquens inquit dedi eis p̄cepta non bo
na. Non dixit p̄cepta mala sed p̄cepta non bona i.
dest non perfecta non absoluta non consumata. quod cō
firmant ueteres hebrei doctores : qui illud interpretantes
ecclesiasticis. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Va
na inquit etiam lex donec uenerit Messias. & de his q̄
dem haecenus.

Caput septimum

¶ Quoniam autem supremum beneficium corporati uer
bi id fuit ut per baptismi sacramentum : per quod uirtus
Christi in nos transfunditur : regeneremur in filios dei nō
ex sanguinibus : sed ex deo nati : postremo hoc nobis in
dicat Moses cum post exortum solem et mundo demon
stratum : post aquarum terreque fertilitatem hominem fa
cit ad dei imaginem non terrenum hominem : sed cele
stem. Conuersis enim ad Christum gentibus & iudeis
hoc erat reliquum : ut per sanctissimum lauacrum domi
nicę cruci se conformantes reformarentur ad imaginem
dei. Nam si baptismus dei filios facit : filius autem ima
go p̄ris : nōne totius trinitatis uirtus operans in baptismo
illa est quę dicit Faciamus hominem ad imaginem no
stram? Si igitur sumus ad imaginem dei sumus & filii.

Si filii & heredes sumus heredes dei coheredes Chri-
sti. Sed qui sunt filii? Scriptum a Paulo est clamare nos
abba pater in spiritu sancto. Qui igitur spiritu uiuunt hii
sunt filii dei: hii Christi fratres: hii destinati eterne here-
ditati quam mercede et fidei & bene actę uitę in celesti
hierusalem foeliciter possidebunt.

86

Ad calcem huius tractatus addimus hanc sententiam: Sed in his
aliquid adhuc cognoscere uisum a nobis & in his
quod etiam primo loco exponendum uidetur. Id est
quid sit uel prima dictio legis: quę est: In principio.
Non temere autem hanc causam de hoc principio in
huc totius operis dixerimus. Necne de dei filio hic
sum disputamus quod est principium per quod facta
sunt omnia. Est enim sapientia patris. Nec probamus
ita recte tenere cum nostris hoc loco ueteres hebreos:
quod alibi facimus. Sed cogitamus per aliam interpre-
tationem grauem dare lectorem in hac parte
diximus. Quod non ante facimus & cum de dog-
mate quodam: quod uere paradoxon est antiquioris in-
dicis discipline: pauca alibi facimus. In hac est
sententia omnium ueterum: quia de indubium uno o-
mnium omnium. Item omnis sapientia et di-
ne & humane in eam cognitionem in quodam libris
Mosaicę legis includi: distillatam autem & occultam
tam in litteris ipsius patris legis continetur. Iam
quo modo nunc declarabimus. Summam graui exim-
pli primum particulas huius generis uidelicet ab exercitio
induc ad locum ubi est scriptum & uidet deus locum de-

Paradoxon dogma ue-
terum hebreorum

EXPOSITIO PRIMAE DIC-
TIONIS IDEST IN
PRINCIPIO.

IAM ad calcem uentum est operis septiformi uni-
uersi contextus expositione decursa. Sed superesse
aliquid adhuc cognosco intactum a nobis & in discussu:
quod etiam primo loco exponendum uidebatur idest
quid sibi uelit prima dictio legis: quæ est: In principio.
Non temere autem aut sine causa de hoc principio in
fine totius operis dicere uolui. Nec aut de dei filio hic
sum disputaturus quod est principium per quod facta
sunt omnia (Est enim sapientia patris) Nec probatu-
rus idem sentire cum nostris hoc loco ueteres hebreos:
quod alibi faciemus. Sed cogitamus per aliam interpre-
tandi rationem gustum dare lectoribus mosaicæ profun-
ditatis. Quod non antea faciemus q̃ cum de dog-
mate quodam: quod uere paradoxon est antiquioris iu-
daicæ disciplinæ: paucula delibauerimus. Firma est
sententia omnium ueterum: quam ut indubiam uno o-
re confirmant: omnium artium omnis sapientiæ et diui-
næ & humanæ integram cognitionem in quinque libris
Mosaicæ legis includi: dissimulatam autem & occulta-
tam in litteris ipsis quibus dictiones legis contextæ sunt
quo modo nunc declarabimus. Summam gratia exem-
pli primam particulam libri geneseos uidelicet ab exordio
usque ad locum ubi est scriptum & uidit deus lucem qd̃

Paradoxon dogma ue-
terum hebreorum

esset bonum. Est tota illa scriptura tribus et centum ele-
mentis coagmentata: quæ eo modo disposita: quo ibi sūt
dictiones constituunt quas legimus nihil nisi commune &
triuiale præse ferentes. Corticem scilicet conflat hic littera-
rum ordo hoc textum medullæ interius abdite latentium
mysteriorum. At uocabulis resolutis elementa eadem di-
uulsa si capiamus et iuxta regulas quas ipsi tradunt quæ
de eis conflare dictiones possunt rite coagmentemus fu-
turum dicunt ut elucescant nobis si simus capaces oc-
cluse sapientiæ mira de rebus multis secretissima dogmata
& si in tota hoc fiat lege tū demū ex elementorum hac
quæ rite statuatur et positione et nexu erui in lucem omnē
doctrinam secretaque omnium liberalium disciplinarum.
Dixi autem si simus capaces occluse sapientiæ. Nam fie-
ri potest ut tractantibus nobis dissoluentibusque et com-
ponentibus aliquas dictiones pariantur inde multa uoca-
bula multiplex item series orationis: quæ magna doceat:
magna significet: sed nisi aliquis de ea re doctrinam ali-
bi sit consequutus quid illa significant non intelligens
quasi in utilia atque fortuita non contemnere non potest.
Neque enim dogmata et doctrinas ibi discere possumus:
sed solum possumus agnoscere. Hæc ego ut non probor as-
serens uel attestor: quia de eis nec feci periculum: nec
me facere posse confido: Ita neque nego neque con-
temno: tum quia magnos hæc opinio habet auctores: et
tum quia de Mose: qui in tota domo dei fuit fidelis:
Maiora etiam facile credi possunt. Quæ autem mihi

In prima dictione opor-
tet multum attendere ut
manifestum con-
tineat

hi non illas quidem abyſſos intranti: ſed huius maris
litus radenti gemmarum diuitię occurrerint quas ne-
que hermus neque pactolus apud poetas ferre dicuntur.
Non ingratum fore putauī noſtris hominibus ſi publica-
rem. Libuit periclitari in prima operis dictione quę apud
hębreos *Brefit* apud nos in principio legitur an ego quo-
quſus regulis antiquorum eruere in lucem inde cogni-
tu dignum aliquid poſſem? Igitur præter ſpem meam præ-
ter opinionem inueni quod neque inueniens ipſe cre-
debam neque credere alii facile poterunt uniuerſam de
mundi rerumque omnium creatione rationem in una ca-
dictione apertam & explicatam. Rem dico mirabilem
inauditam & incredibilem. Sed mox credetis ſi atten-
deritis & res ipſa uerum me demonſtrabit. Dictio illa a-
pud hębreos hoc modo ſcribitur *Ex hac igitur ſi tertiam litteram primę coniungamus fit dictio*
Si geminate primę ſecundam addamus
fit *Si præter primam omnes legamus fit*
Si quartam primę & ultimę connec-
ſciabat. Si tres primas quo iacent or-
dine ſtatuumus: fit *bara. Si prima omiſſa tres*
ſequentes: fit *roſc. Si omiſſis prima & ſecunda*
duas ſequentes: fit *cs. Si tribus primis omiſſis*
quartam ultimę copulemus: fit *ſeth. Rurſus ſi*
ſecundam primę: fit *rab. Si poſt tertiam quin-*
tam tum Quartam ſtatuumus: fit *Moſe ob ſup mut*
hiſc. Si primas duas duabus ultimis obagmentemus: fit
berith. Si ultimam primę: fit ultima

dictio & duodecima quę est *thob* uerso: quod
 frequentissimum apud hębreos *thau* in thet elementum.
 Videamus autem quid primo hęc latine significant: tum
 quę per ea non ignaris philosophię de tota natura myste-
 ria reuelentur. *Ab*: patrem significat. *Bbar* in filio & per
 filium (utrumque enim significat beth prepositio) Resit
 principium. *Sabath* quietem & finem. *Bara* creauit. *Ros*
 caput. *es* ignem. *Seth* fundamentum. *Rab* magni. his ho-
 minis. *Berit* fœdere. *Tob* bono. & totam si ordine conse-
 quenti orationem texamus erit huiusmodi. Pater in fi-
lio & per filium: Principium & finem siue quietem crea-
uit caput ignem & fundamentum magni hominis fœde-
re bono: hęc tota oratio ex primę illius dictionis resolutio
ne & compositione dissultat. Cuius q̄ altus q̄ plenus om-
 ni doctrina sit sensus haud palam esse omnibus potest.
 Sed ut aliqua statim non tam omnia omnibus aperta quę
 per has uoces nobis significantur. Notum omnibus chri-
 stianis quid sit patrem in filio & per filium creasse. Quid
 item sit filium principium esse & finem omnium. Est e-
 nim alpha et o (ut scribit Iohannes) et ipse principium se
 appellauit: & nos demonstrauimus finem rerum omni-
 um esse: ut principio suo restituantur. Cetera Paulo ob-
 scuriora quid illa. s. sibi uelint caput ignis et fundamen-
 tum magni hominis: quid illud sit fœdus & qua ratione
 bonum dicatur. Neque enim statim in promptu omni-
 bus uidere hic explicatam mundorum quattuor de qui-
 bus egimus omnem rationem: cognationem item & fœ-
 licitatem: de quibus postremo nos disputauimus.

quędam in homine
admirabilis
regulus
ordinis
mundi
generatio

*homo magnus est
mundus sicut minus
mundus est homo*

Quę pars in homine
cui mundo respōdeat

Cognitio
Motus
Generatio

Primū igitur illud aduertendū uocari a Mose mundum hominem magnum. Nam si homo est paruus mundus: utique mundus est magnus homo. hinc sumpta occasio: ne tres mundos intellectualem celestem & corruptibilem per tres hominis partes aptissime figurat: simul indicans hac figura non solum contineri in homine mundos omnes: sed et quę hominis pars cui mundo respondeat breuiter declarans. Cogitemus igitur in homine tres partes supremam caput: tum quę a collo ad umbilicum protenditur. Tertiam: quę ab umbilico extenditur ad pedes. Sūt enim & hę in hominis figura uarietate quadam disclusę & separatę. Sed mirum q̄ pulchre q̄ examussim per exactissimam rationem tribus mundi partibus proportionē respondeant. Est in capite cerebrum fons cognitionis. Est in pectore cor fons motus uitę & caloris. Sunt in parte postrema genitalia membra principium generationis. Itideq̄ autem et in mūdo suprema pars quę est mundus angelic⁹ siue intellectualis. Est fons cognitionis: quia facta illa natura ad intelligendum est. Pars media: quę est cęlum principium uitę motus et caloris in qua sol uti cor in pectore dominatur. Est infra lunam quod omnibus notum generationis principium & corruptionis. Videtis q̄ apte omnes hę mundi partes et hominis inuicem congruant. De signauit autem Moses primam quidem nomine proprio capitis. i. Secundam autem ignem appellauit: et quia hoc noīe a multis cęlum censet: et quia in nobis hęc portio principiu est caloris. Tertiā uocauit fundamentum quia p̄ ea (ut notū oībus) totum hoīs corpus fundatur et substat.

Adiecit autem q̄ hęc creauit fœdere bono: quia inter eas
fœdus pacis et amicitie ex naturarum cognatione et mu-
tuo consensu per sapientie dei legem sancitum est. Quod
fœdus ideo est bonum: quia ad deum: qui est ipsum bonū:
ita dirigitur & ordinatur: ut quemadmodum inter se tot⁹
mundus est unus: Ita et cum suo auctore postremo sit u-
num. Imitemur et nos sanctissimum fœdus mundi: ut &
mutua caritate inuicem simus unum & simul omnes p
ueram dei dilectionem cuꝝ illo unūz fœliciter euadamus.

FINIS

Adhuc autem hac creatur facere bonorum inter eas
fecit pacis et amicitie ex naturarum cognitione et m
tam consensu per sapientie dei legem sanctam est. Quod
factus idcirco est bonum quia ad deum per ipsum bonu
ita dicitur & ordinatur per modum totius se totu
mundus est unus: ita et cum suo auctore possumus ita u
num. Invenitur etiam sanctissimum & ceteris mundum &
muna caritate inveniuntur omnes & simul omnes p
utramque dei dilectionem capillo unus facit: cunctas.

FINIS

90
 470
 400
 230
 350
 30
 25
 25
 330
 1500
 50
 70
 35
 35
 75
 300
 230
 550
 200
 100
 25
 300
 80
 45
 105
 30
 25
 150

+ hieronymus arze

5885
 300
 300
 250
 50
 75

6860
 100
 135
 85
 6900

Baer
357.









